

- actu debet intelligi. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. sign. & ultra Gratum, quod non deuoluat ex isto capite reductio, tenet in terminis Veronenf. caut. 199. ad fin. † vbi remouet vnum dubium, quod qui fuit Iudex in causa principalis, non possit esse in causa appellationis, secundum glo. in l. eos, in ver. prouocatum. C. de appell. Nam locum non habet, quando vtraque pars consentit. c. accepta, de appell. † Nec defendi potest hæc reductio sub eo pretextu fortitan, quod abesset D. Arbitrator, quando fuit interposita, merito coram ordinario valuit: quoniam præterquam quod id non constat, aliter procedi debuit, vt in statuto, quanto tempdaret inst. col. pen. vbi dicit, quod si Iudicis, arbitri, vel arbitratoris absentia duratura sit vltra mensem, tunc eligatur alius Iudex de numero confidentium, & arbiter vel arbitrator secundum formam statuti de compromissis. quod mandat dari confidentes numero 12. pro qualibet parte, & si non conuenerint per D. Iudicem 12. Sapientum Ferrariæ extrahi debeat vnus ex sex viris grauibus &c. quæ quidem seruata non fuerunt. Quare patet, dictam reductio-nem non rectè fuisse interpositam, nec in ea processum.
- 16 † Secundò non deuoluit alio respectu præfens reductio: quoniam partes in compromisso voluerunt, quod D. Arbitrator possit decidere, condemnare, adiudicare, appropriare, attribuire, cedere, in solutu dare, & de iure vnus dare alteri in magna, maxima, & parua quantitate, per quæ verba dicitur esse sublata reductio, vt notabiliter tradit Io. Baptista Perusi. in tract. de arbit. cap. 16. col. fin. lib. 7. † vbi dicit in compromisso dari posse arbitratori amplissimam potestatem lædendi in quantitate etiã enormissima, quæ cautela optima est, & modus practicanus talis est secundum Ang. in dicta sua disputatione, quarto artic. Quod partes concedant arbitratori liberam & absolutam potestatem ius vnus partis in totum, vel in partem alteri concedendi, & donationis titulo conferendi: † quoniam sicut potest constitui procurator ad donandum & dilapidandum bona constituentis in totum, vel in partem, cum rei suæ quilibet sit moderator, & arbiter l. in re mandata. C. mand. quod tamen concessum non intelligitur ex libera potestate, Bal. & Alex. in l. si procurator. C. de procu. l. in l. contra iuris. §. fin. ff. de pact. Natta consi. 25. nu. 4.
- 19 & consi. 45. nu. 7. † Sic eadem potestas arbitratori concedi potest, nec est qui repugnet, cum omnis eius potentia dependeat ex compromisso. l. non distinguemus. §. de officio. ff. de recep. arbit. & ita concipiendo pactum, ex læsione etiam enormissima circumscripito dolo arbitratoris nullo modo poterit peti reductio: nec enim hoc casu læduntur partes præter eorum
- 20 voluntatē. d. c. scienti. de reg. iur. in 6. ita concludit Perusi. & dicit esse notandum perpetuò:

quia est de intentione communi doctorum, idemque tenuerunt Io. Calder. Rayn. de Forli. & Io. And. quos refert Bald. in d. l. cum antea, col. 2. C. de arbitr. Roma. in rubr. de arbitr. Hostiens. & Butr. quos refert & sequitur Veronenf. in d. caut. 199. ad fin.

21 † Nec dicatur, ex illis verbis non esse sublata reductio-nem propter sequentia, vbi D. Arbitrator factus est Iudex super ea; quia dictum est, casu quo interponeretur: habuerunt enim pro comperto, quod nõ interponi posset, quod patet. Nam ei renunciarunt expressè, & omni recurfui cuiuscunque Iudicis, sed casu quo interponeretur, (de facto tamen) voluerunt ipsum Arbitratorem esse cognitorem; non ergo concessa fuit dicta reductio.

Tertiò nõ deuoluit hæc reductio: quoniam partes in compromisso sponte & ex certa scientia, & ex sua mera, pura, simplici, & spontanea voluntate sibi inuicem cefferunt omnia & singula iura, quæ habituræ essent, seu sibi competere possent occasione d. reductio-nis ad arbitrium boni viri petendæ, & eius totius quod ipsis partibus vel alteri earum adiudicatum foret per ipsum D. Arbitrum & Arbitratorem in parua, magna, & maxima quantitate: casu quo aliqua sententia, seu laudum aliquod super ipsa reductio-nem ferretur per ipsum D. Arbitrum

22 & Arbitratorem, † quibus ita stantibus non debet admitti reductio, prout in terminis dicit Veronenf. in d. caut. 199. colum. 3. vers. Posset etiam, idq; præter eum pulchre confirmatur.

23 † Nam Iudex non debet facere actum frustratorium. l. si prætor, in princ. ff. de iudic. & non debet quis admitti ad actum iudiciarium, qui factus non releuat. l. ad probationem. C. de

24 probat. † Hinc descendit, quod Iudex lacerat libellum, gloss. in l. 1. ff. de offic. assel. ne faciat

25 acta frustra, † nec est expectandus euentus & finis, qui non est profuturus. l. aliquando. §. fin. ff. ad Velleia. l. cum hæres. §. fin. ff. de acq. hære. Corn. consi. 87. in fin. vol. 1. Marfi. consi. 21. nume. 57. consi. 51. nu. 16. Neuz. consi. 51. nu. 18.

At si ferretur sententia fauorabilis Pendasio super reductio-nem nihil prodesset, cum iam cesserit & adiudicauerit Malchiauello, quicquid ex ea consequeretur, merito reductio non debet admitti.

Quartò non deuoluit hæc reductio vigore statuti nostri de compromissis, id enim formã tradit faciendi compromissum in vnũ, seu plures de iure & de facto, & tam in procedendo, quàm in terminando de omnibus & singulis petitis, deductis, & exceptis, ac dependentibus & connexis, emergentibus, incidentibus, seu occasionalis ab eisdem cum potestate cognoscendi, videndi, examinandi, procedendi, laudandi & decidendi de iure & de facto, & de iure tantum, & de facto tantum, vel mixtim lite contestata, vel non contestata, cum scripturis, vel sine scripturis, summarie, simpliciter, & de plano,

- plano, sine strepitu, & figura iudicii, sola rei veritate inspecta &c. quæ sequuntur, hocq; compromissum reperitur factum inter partes in arbitrum & arbitratorum, vnum modo prædicto, quia post eadem ferè verba sigillatim expressa, dictum fuit in omnibus & per omnia vt supra, & iuxta formã statuti Ferrariæ de hoc loquentis; quod est dicere secundum formã dicti statuti, † nam dictio iuxta, idem significat, quod secundum c. maiores: de baptif. & ponit Alberi. in dictionario suo in ver. iuxta, & sic intelligitur, quod partes fecerint hoc compromissum secundum dictum statutum & omnes illius qualitates: † quia hæc est natura dictionis relatiuæ, vt referat principale factum cum omnibus suis qualitatibus. Bar. in l. 1. ff. de recepta. Ruin. consi. 13. num. 10. vol. 2. At factò compromisso secundum illud statutum succedit, vt inquit in ver. statuentes. col. 6. quod id quod solus electus, in quem factum fuerit compromissum, laudauerit, plenissimam obtineat roboris firmitatem, ita quod à tali laudo non possit appellari, querelari, supplicari, de nullitate dici, nec restitutio in integrum peti, etiam ex capite minoris ætatis, nec reductio ad arbitrium boni viri peti ex aliquo capite læsionis enormis, enormioris, vel enormissimæ cum ceteris, quæ sequuntur, † merito vana redditur omnino præfens reductio stante prohibitione specifica & expressa dicti statuti, vt in terminis dicit Cuma. consi. 136. col. 3. dicens quod licet communiter teneatur non posse partes renunciare reductio-ni, tamè illis potest statui, quod non possit peti reductio, & quod omninò stetur dicto arbitratoris, itquemadmodum quod stetur dicto alicuius officialis, vel saluarii vel similibus, secundum Iacob. de Aret. & Cyn. in l. 1. C. si aduers. liber. & prout statutum nostrum disponit, subiungens. Imò ipsum laudum sit firmum, & perinde ac si esset sententia, quæ transiisset in rem iudicatam, contra cuius executionem nulla exceptio possit opponi, quin sententia fortiatur debitam executionem. † Nec ab ista conclusione me retrahunt aliqui volentes etiam stante statuto reductio-nis prohibitione nihilominus enormiter læsum eam petere posse, vt Ancharanus consi. 207. col. fin. Ang. consi. 172. Abb. consi. 44. vol. 1. Roma. consi. 90. quos citat & sequitur Dec. in d. consil. 11. 39.
- 31 & alibi. Grat. responf. 30. col. 2. vol. 1. † quoniam si diligenter singuli discurrantur, nõ obstant casui nostro. Anch. enim col. pen. loquitur in statuto, quo cauebatur laudum non posse de iniquitate redargui, merito nimirum si non excludit querelam enormis iniquitatis, sicut nec pactum partium super obseruantia laudi, vt concludit Anch. quia de iniquitate simpliciter loquendo non excluderat enormem. At statutum nostrum specificè excludit læsionem nedum enormem, sed enormiorè & enormissimam, † quo stante omnino reductio re-

iiicienda est, vt facit statutum, quod vtique facere potest, nam si pacto reductio tolli potest facta mentione in pacto de enormissima læsione, secundum Imol. in d. c. Quintaualis. nu. 61.

33 & Cephal. consi. 121. nu. 8. † pari modo & per statutum. l. fin. vbi Bart. C. de fideiussori. Alex.

34 consi. 50. vol. 5. † Ang. verò loquitur de statuto dicente, quod laudum exequeretur nulla cõtradictione obstante, merito poterat reductio peti ratione nimie iniquitatis, & insupportabilis damni, de quibus non præsumebatur statutum voluisse loqui, † sed in casu nostro statutum est clarissimum, & in claris non est opus coniecturis. l. continuus. ff. de verbo. obligat.

35 & vbi nos habemus statuti determinationem vltimus non est inuestigandum. Bal. in l. Gallus. §. si eius. secundo notab. ff. de lib. & posthu. Dec. consi. 488. col. 1. & consi. 503. nu. 7. Marfi. consi. 131. nu. 20. & consi. 133. nu. 18. Moder. in repe. l. quid ergo. §. pœna grauior. col. 5. ff. de

37 his, qui not. infra. tibi dicit, tenaciter esse obseruandum statutum & eius verbis inhærendu, inanis enim est disputatio, vbi est statuti decisio. Corn. consi. 109. in fin. vol. 1. Cephal. consi. 138. nu. 20. Rol. à Valle cõf. 72. nu. 6. vol. 3.

38 † Quatenus verò pertinet ad Abbatem, parum de ipso curandum est, velut extra rem loquente, videlicet de statuto, quo omnino nullitatis exceptio, ac defensio prohibita erat, vt de notoria non sit intelligendum, quæ ex actis apparerebat; de hoc enim casu non agimus, & illud statutum peti poterat illam interpretationem restrictiuam, quam non potest hoc in casu nostro, velut præcisè & specificè loquens.

39 † Simili modo dicit potest Romano, loquitur enim de constitutione, seu statuto prohibente quem dicere se læsum, aut grauatam ex laudo, vultq; Romanus, quod eo non attento possit peti restitutio in integrum per minorè pretextu læsionis enormis: quia verba dictæ constitutionis ciuilitè nõ autem iudaicè sunt intelligenda, & sic interpretanda, vt quanto minus fieri potest ius commune lædant, sed statutum nostrum præcisum est de quacunque læsione loquens enormi, enormiori, ac enormissima, & in qualibet reductio-nem tollente, igitur non potest interpretari ac restringi.

40 † Quinimò dico plus, vbi statutum non esset ita præcisum ac specificum, prout est istud: quia simpliciter tolleretur, peti posse reductio-nem ad arbitrium boni viri, certè valeretur, nec reductio peti posset, nisi dolus, aut lata culpa arbitratoris intercessisset, ita Bal. in d. l. cũ antea, col. 3. vers. sed quid si per statuum. & cum iura, quæ citat Bald. loquantur quando sordes, vel euidentis gratia arbitratorum intercesserit, non sufficit argui dolum, vel latam culpam ex simplici allegatione doli, vel lætæ culpæ, vel enormis læsionis, sed tunc demum diceretur dolus aut lata culpa deduci, quando interuenisset euidentis

41 gratia arbitratorum, aut eorundè sordes. † Alioquin

quin si vellemus intelligere Baldum de dolo, vel lata culpa arbitratoris mediante enormi lēfione, statutum parum operaretur, cū reductio petatur solummodo ex magna lēfione, quæ arguit dolum præsumptum, vel saltem latam culpam, secundum communem opinionē, de qua per Dec. col. 180. col. 4. Rolan. à Valle conf. 7. num. 44. vol. 3. latē Senat. Pedemont. decif. 41. num. 3. † Ita signanter Bald. declarat Cuma. in d. conf. 136. col. 3. quem sequitur ad vnguem Soci. Iun. conf. 16. nu. 14. vol. 1. meritū cum misterio statutum nostrum tollens reductiōnem, locutum fuit de lēfione enormi, enormiori, vel enormissima per quam nō inducuntur sordes vel evidens gratia arbitratoris, † cum laudum possit esse iniquum sine dolo iudicantis, c. hoc etiam prima quæst. 6. c. cum olim. secundo de priuileg. in 6. & tradit Butr. conf. 125. col. fin. & solum reductiōnem concessit, quando constaret euidenter de dolo ex proposito arbitratoris, vt in eo subiicitur † Nec inde dicitur inualidum hoc statutum, quōd inuitare videatur arbitratorem ad delinquendum mediante enormissima lēfione partis. l. si vnus. §. illud. ff. de pact. vbi nulla pactione effici potest, ne do

45 lus malus prætertur: quoniam tollitur hoc ex dictis per Feder. de Sen. in d. conf. 125. ad fin. qui loquitur in pacto. Dicit enim, quōd in dicto §. illud. inuitabatur ex tali pacto alter contrahentium ex lucro, quod ex dolo iudicantis, vel fraude poterit consequi ad dolum vel fraudem committendam. At Iudex vel arbiter aut arbitrator ex sua sententia vel laudo nil lucratur; quia commodum, vel incommodum causæ ad eum non pertinet. Vnde cessat causa doli committendi. † Præterea doli hic, qui causatur ex lēfione præsumptus appellatur, & re ipsa, vt per Dec. in d. conf. 39. in quo quicquid fit quōd ad contrahentes, an remitti possit, planum est id per statutū fieri posse, vt tradit Rui.

47 conf. 97. nu. 8. vol. 5. † vbi dicit, quod licet testator non possit remittere confessionem libri rationis Tutori in præiudicium pupilli; quia cōtineret remissionem doli præsumpti, & daret materiam delinquendi, tamen bene statutum posset illam remittere, licet in dubio non præsumatur voluisse. † Posito igitur, quod ex lēfione enormissima doli præsumptus argueretur, & videretur dari materia delinquendi, cum statutum eam tollat, nec ob eam velit reductiōnem concedere, non est vterius elaborandū, nec de validitate statuti dubitandum, tantoque magis non debet huius statuti validitas in dubium rescitari: quoniam per aliud statutum de obseruantia statutorum mandatur, quod omnia & singula statuta inserta in eorum volumine valeant, & validam roboris obtineant firmitatē, nec Iudices aduersus ea debent audiri sub pœna, prout in nouissima reformatione. † Quare quando etiam non valeret (quod negatur) pro valido cenferi debet. Cum paria sint, quōd

actus valeat vel quōd de nullitate opponi non possit, vt per glo. in l. qui habebat. S. 1. de manum. testa. cū simil. per Alex. conf. 106. col. pe. volum. 2. & in decreto Senatus & statuto tradit Dec. conf. 456. in princ. & Vantius in tract. de nullit. sentent. tit. qui pos. dic. de nullit. nu. 42.

50 † Et tenendo hanc partem cōtraria cessant, nam verum est regulariter, per cautelas verborum reductiōnem non tolli, sed fallit in casibus supra narratis, qui concurrunt in casu nostro, nec D. meus Rimin. in allegato conf. 356. loquitur de allegatione tantum lēfionis, sed de probatione, quæ bene consideratur. Et licet in pactis non esset expressa mentio facta de enormissima lēfione, tamen satis est, quōd facto cōpromisso secundum formam statuti succedat eius dispositio tollentis reductiōnem, licet ex capite lēfionis enormissimæ, vt dixi supra. Et ita remanet, vt declaretur, hanc reductiōnem non deuoluere.

Hippolytus Rimin. Ferrar.

Pro Domina Magdalena Cannana.

ARGVMENTVM.

De sententia lata infra tempus luctus defuncti ipso iure nulla.

SVMARIVM.

- 1 Multa impediuntur fieri qua iam facta tenent. Fallit vbi lex prohibet & procedit annullando. 26.
- 2 Processus factus tempore feriatō valet si factus parte non opponente. Si tamen fuit presens & consensit. 32. Secus si absens.
- 3 Sententia ferri non potest cōtra grauiter infirmū. Si missus fuerit excusator. Quod est ad cautelam non aulem necessarium. 34.
- 4 Sententia valet lata per Iudicem ignorantem infirmitatem.
- 5 Sententia lata infra nouē dies luctus defuncti nulla est, licet non fuerit oppositum de dicto tempore luctus.
- 6 Dicitio penitus, denotat ipso iure. 12. 13. Et in totum vel ex toto. 7.
- 8 Penitus prohibere est in totum potestatem auferre.
- 9 Negatiua fortior est ad negandum quàm affirmatiua ad affirmandum.
- 10 Negatiua vniuersalis falsificatur quando remanet aliquid affirmatiuum. Et importat totalem nullitatem.
- 11 Penitus illesum seruari denotat, quod ipso iure & rotaliter seruetur illesus.
- 12 Dicitio prorsus, facit dispositionem statim ipso iure operari, vbi aliās quid extrinsecum expectaretur.
- 13 Dicitio penitus, est præcisa nec limitationem recipit aut modificatiōnem.
- 14 Verba cadat ab omni iure suo, requirunt sententiā. Secus

- Secus si dicatur penitus priuatur. Seu prorsus priuatur. Et de ratione differentie. 17.
- 18 Sententia lata contra prohibitionem legis habetur pro non lata. Et est nulla. 19.
  - 20 Actus redditur nullus quoties causa efficiens redditur inhabilis. Et vbi deficit potestas. 21.
  - 22 Geminata nullitas operatur etiam parte non opponente.
  - 23 Verba geminata censentur prolata cum maiori de liberatione. Et inde apparet de magis enixa voluntate disponentis. 24.
  - 25 Actus geminatus non potest dici superfluous.
  - 27 Allegatio partis non requiritur quando Iudex est certus. 29.
  - 28 Citatio est nulla quando certum est Iudici quem nō debuisse vocari.
  - 30 Mors probatur si dicatur Petrum olim talis.
  - 31 Scientia præsumitur ex vicinitate temporis.
  - 33 Dicitum doctoris debet intelligi secundum legem & Doctores quos allegat.
  - 34 Infirmitas allegari debet quando Iudex eā ignorat.
  - 35 Vidua non reuocatur exire domum & ad Iudicem ire intra 9 dies luctus viri.
  - 36 Iudex pro veritate laborare debet.

CONSILIVM CLXXIX.

Auxilium meum à Domino.



VBITATVR, sententiam latam pro Allectis infra tempus luctus mortis D. Ludouici Marigella nihilominus valere, cum non fuerit oppositū per D. Procuratorem Lugentium tunc citatum ad eā audiendam, clientēs suos infra tempus luctus reperiiri, sed eam ferri permisit, † si quidem multa impediuntur fieri, quæ iam facta tenent. l. patre furioso. de his qui sunt sui vel alie. iur. cum aliis per Ias. ibi, sicut & per Fely. in c. super his. col. 2. de accusatio. & Marf. sing. 194.

- 2 † Secundō, quia videmus, quod licet tempore feriarum in causa procedi non possit, valet tamen processus tempore feriatō factus parte nō opponente. l. 1. §. 1. de feriis tract. Imol. conf. 88. & Crau. conf. 272. num. 9.
- 3 † Tertiō, nam licet sententia ferri non possit contra grauiter infirmum. l. quæsitū. ff. de re iudic. id tamen procedit, si missus fuerit excusator ad docendum de tali infirmitate, aliās valet, vt per Alex. ibi & Specul. aur. in 3. par. sextæ partis, nu. 107. † Ignorantia namque Iudicis de infirmitate operatur, vt sententia per eum lata valeat, vt notat in d. l. quæsitū. & Hier. Gabriel. conf. 50. nu. 1. Quare sic & in casu nostro fieri debuit, vt aliquis tunc mitteretur, quōd de tempore luctus doceret, quod quidem cum

factū non fuerit, sententia lata videtur valere.

- 5 † Ego verō non obstantibus prædictis subtiliter excogitatis contrariū verius puto, sicque sententiā prædictā nullā fuisse tēpore luctus latam, tamen si non fuerit tunc oppositū dictum tēpus luctus obstare. Moueor ex tex. in §. sancimus. col. fi. posito in auct. vt cum de app. cognof. vbi dicit Imperator nulli penitus esse licentiā heredes, parētes, liberos, coniugē, agnatos, cognatos, aut alios affines eius aut fideiussores ante nouē dicrū spatium, quibus videtur lugere, conueniendi, aut quocunque modo inquietandi, aut aliquā admonitiōne eis offerēdi, aut in iudicio eos vocādi. Si verō intra nouē dierū spatium aliquis ausus fuerit quilibet de prædictis personis cōuenire, aut aliquā cautionē, seu promissionē, vel fideiussionē exigere ab ea, hæc oīa inualida esse decernimus. & illi constitutioni accedit alia in auct. sed nec C. de sepul. viol. vbi dicitur, sed nec ante nouē dies ab obitu numerādos vlla fiat prorsus molestia aduersus quēlibet ex defuncti persona. Si qua enim cautio, vel quod simile fiat, inutile erit. Quibus planē iuribus hæc conclusio comprobatur, si diligenter considerentur. † Nam verbum illud penitus; priore loco positum est canon latæ sententiæ, cum denotet ipso iure. l. si qui. Aduocatorum. iuncta gloss. C. de postula. Ioan. And. Domi. & Perusinus in c. 1. de postul. prælat. in 6. Domin. & Perusinus in c. Romana. §. fin. de senten. ex com. in 6. vbi & hoc sententiæ Hostiensis. Ioan. Monach. & Archid. Perusinus in c. ex tenore. & post eū Dec. col. 5. de app. Corn. conf. 312. col. 3. vol. 1. Mathes. sing. 112. cum similibus à Tiraq. cumulatis in l. si vnquam. in ver. reuertatur. nu. 37. C. de reuoc. donat. vbi subiungit, quod idem significat quod in totum, vel ex toto, quæ est significatio dictionis omnino, quæ haud dubiè est lata sententia secundum Tiraq. Vnde dicunt Hostiensis. Ioan. Monach. & Perusinus in c. Romana. §. fin. de senten. ex com. in 6. † penitus prohibere est in totum potestatem auferre, iunctumque cum illa dictione vniuersali negatiua, nulli, excludit vniuersaliter. l. si qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub. l. fin. ff. de lib. & posth. c. Deus omnipotens. 2. quæst. 1. Dec. conf. 365. col. 3. † cum sit fortior negatiua ad negandum, quàm affirmatiua ad affirmandum, glo. notat in l. hoc genus. ff. de condit. & demon. & in c. cum dilectus. de consuet. Dec. in c. ex parte. colum. 2. de consi. conf. 3. col. 3. Crau. conf. 146. nu. 4. Rube. conf. 1. Angulf. sol. conf. 45. nu. 7. † & ideo vniuersalis negatiua falsificaretur, quando remaneret aliquid affirmatum, vt in proposito dicit Andr. Sicul. conf. 37. col. 8. vers. 3. pōdero. vol. 1. † Quodque magis rem nostrā attingit, vniuersalis negatiua importat talem nullitatem, & ipso iure, vt per Ias. conf. 122. col. 3. sequitur Rol. à Valle conf. 122. fil. 57. nu. 50. vol. 3. † Idemque dicitio penitus significat, vt per illum text. notat Arcti. in l. fin. Hippol. Rimi. T. Secundus. Aa notab.

- 13 notab. 5. C. de pact. † & ubi dicitur q̄ quis penitus seruetur illesus, denotat, q̄ ipso iure, & totaliter seruetur illesus, vt tradit idem Aret. in l. si colonus. ff. de acq. possel. demumque operatur sine ope exceptionis, vt post Io. And. scribit Perusi. in c. 1. de postul. praelar. in 6. † & illi dictioni penitus, accedit dictio prorsus, secundo loco posita, quæ facit dispositionem statim ipso iure operari, etiam ubi aliàs expectaretur quid extrinsecum, puta sententia, vt voluit But. in c. ad aures, de prescrip. & in c. si diligenti. de for. compet. Corn. conf. 312. col. 3. vol. 1.
- 15 † Nec (vt ad priorem dictionem reuertar) illud omittendum censeo, q̄ dictio penitus, præcisa est, nec limitationem recipit, aut modificationem, vt tradit Ang. conf. 31. viso laudo. col. fin. Alex. in l. qui vsum fructum. ff. de verbo. oblig. Dec. in auth. qui rem. col. fin. C. de sacr. eccl. conf. 137. col. 1. & conf. 401. col. 2. Angei. conf. 31. col. fin. cum similibus per Tiraq. loco citato, quæ cum ita sint illa verba (nulli penitus esse licentiam conueniendi) cum cæteris supra relatis, significare debent, quod ipso iure & vniuersaliter quis excludatur, & quod sententia nulla sit indifferenter, & is contra quem lata sit ipso iure & totaliter seruetur illesus, & sine ope exceptionis, hoc est oppositionis, q̄ sit intra tempora luctus, aliàs si eo non opponente sententia lata eo tempore valeret, destrueretur significatus genuinus illius dictionis penitus, & prorsus, nec esset præcisa, limitationemq; ac modificationem reciperet cõtra eius naturam, † & ad horum corroboratio nem adduco Mathes. notab. 112. qui dicit vñ notabile verbum de hac dictione penitus, prorsus, & id genus. nã si dicatur, quis cadat ab omni iure suo, requiritur sententia, secus si dicatur penitus, seu prorsus priuetur, vel omnibus 17 modis priuetur. † Et est ratio diuersitatis: quia primo casu signum vniuersale omne, qualificat, nõ verbum sed res, vel iura, quibus quis est priuandus mediante sententia, sed vltimo casu dictio penitus, prorsus, & id genus qualificat ipsum verbum, id est ipsum actum priuandi, & ideo sententia non requiritur, quod dicit esse notandum velut à paucis tacitum. Sic enim dici debet in casu nostro, quod per illa verba. Nulli penitus licentiam esse conueniendi & c. qualificetur ipsum verbum, hoc est actus conueniendi, vt de se corruat absque ministro oppositionis vel sententiæ declaratoriæ potestata.
- 18 † Secundò principaliter confirmatur ista conclusio. Nam clarum est, quod iura prædicta, prohibent sententiam ferri, vel quid aliud in iudicio contra alium tempore luctus, vt denotant illa verba. Nulli penitus licentiam esse conueniendi, & illa. Sed nec ante nouem dies vlla prorsus fiat molestia. Vnde sequitur, quod dicta sententia pro Alliotis tunc temporis lata cõtra prohibitionem dictorum iurium fictio-

ne iuris perinde habetur ac si nunquam fuisset lata. l. non dubium. & ibi not. Bal. Castr. & Ias. nu. 9. C. de legi. merito siue fuerit oppositum de tempore luctus priusquam ferretur, siue non, successoribus Marighellæ præiudicare nõ potest, cum pro non lata reputetur.

- Tertiò confidero, quod dicta iura prohibent ferri sententiam, vel quid aliud fieri tempore luctus, vt probatur ibi. Nulli penitus esse licentiam hæredes conueniendi & c. & ibi. Sed nec ante nouem dies ab obitu numerãdos vlla fiat 19 prorsus molestia, † ex quo sequitur, eam sic latam contra prohibitionem legis esse nullam. d. l. non dubium. in ver. inutile, & nullas momenti. & ibi notant Doctores, vt Ias. refert notab. 7. & sequitur Natta conf. 237. sub num. 6.
- 20 † Quoties enim causa efficiens redditur inhabilis, actus redditur nullus. l. si quæramus. & ibi Bart. ff. de testam. Alberic. in l. conficiuntur. §. quoties. ff. de iure codicill. Portius Imolenf. conf. 16. num. 47. vt ex prohibitione contin- 21 git, † cum enim deficiat potestas, actus nullus redditur. c. si diligenti. de for. compe. gl. Card. & Imol. in clem. 1. de sequestr. poss. idem Portius conf. 92. nu. 65. Rursus addo, quod vtrique ponitur clausula decreti annullatiua, vt ibi. Si verò intra nouem dierum spatium aliquis ausus fuerit quamlibet de prædictis personis conuenire & c. hæc omnia inualida esse decernimus, & ibi. Si qua enim cautio, vel 22 quid simile fiat, inutile crit, † vnde cum geminata nullitas insurgat ex sententia lata tempore luctus. Prima, quia lata fuit contra prohibitionem legis. Altera, quia lex eam expressè annullat, debet esse nulla etiam si pars non opposuerit de tempore luctus antequam ferretur; quia geminatio multo magis operatur. l. balista. ff. ad Trebel. Barto. in l. cum scimus. C. de agric. & censit. lib. 11. Dominus meus Riminaldus conf. 225. num. 12. Jacob. Nouell. in supplemento regularum Petri Ducnas in verbo geminatio actus. Corn. conf. 76. num. 8.
- 23 vol. 4. † & verba geminata prolata censentur cum maiori deliberatione, glo. fin. in c. si quis iratus. secunda questione tertia. Paris. conf. 89. 24 num. 23. volu. 3. † & ubi verba geminata sunt magis enixa, dicitur apparere de voluntate disponentis, ne verba superfluo censeantur apposita, Castren. conf. 115. colum. 2. volum. 1.
- 25 Crau. conf. 105. num. 4. † Imò non potest dici superfluo fieri, si actus geminetur, vt tradit Natta cõsi. 398. col. fi. Et ex his hæc opinio remanet optimè fundata, quæ clarior etiam red-detur sublatis adductis in contrarium per excellentissimum Dominum Vicarium.
- 26 † Non obstat igitur primum de regula l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui, quod multa impediuntur fieri, quæ iam facta tenent: quia respondet Alberic. ibi uno modo præ cæteris, qui rei nostræ pulcherrimè deseruit. Aut enim (dicit) ea quæ facta sunt, facta fuerunt legitime,

timè, & tunc obtinet illa regula. Aut verò facta fuerunt legitime, & lex prohibet, & ultra procedit annullando, & tunc cessat illa regula: quia facta nõ valent, sic vt impediretur fieri per d. l. non dubium, quam citat Alberic. At in proposito nostro sumus in lege prohibitiua & vltimè procedente annullado. Ergo quæadmodum si opponeretur antequam ferretur sententia tempore luctus, impediretur ferri, pari modo si lata fuit oppositione non facta valere non debet, ex quo lata fuit non legitime pendente tempore luctus contra prohibitionem legis & actum annullantis.

- 27 † Nec valere debet ex eo, q̄ procurator lugetium tunc citatus non oppoluit se esse infra tempora luctus, sed sententiam ferri permisit, quoniam certum erat iudici, Marighellam esse mortuum, & tempus luctus pendere, quo stante non tenebatur procurator, aut alius venire, & allegare priuilegium suum, prout tradit glossa singularis in l. 1. §. 1. in vers. nullius momenti.
- 28 ff. de feri. quam sequitur Bar. † & commendat Ang. notans ex ea nu. 6. quod vbicumque est certum iudici vocatum non debere vocari, vocatio est nulla ipso iure. Nam & nemine opponente debet iudex defensionem sibi patentem allegare, & hoc idem tradit Ang. in l. si eum; in 29 prin. ff. si quis cautio. † dicens quòd ubi quis in ius vocari non potest, & iudici hoc liquet, non est necesse opponere defensionem, debuit ergo iudex abstinere, & non ferre sententiam tunc temporis, quæ lex ferri prohibebat, & latam annullabat. Quod autem iudex prædicta sciret tempore sententiæ, patet ex ipsa. ibi. Contra olim D. Ludouicum Marighellam, & rursus ibi. contra Cananum interueniẽte pro dicto olim D. Ludouico † Ex his enim verbis scientia mortis in iudice ea proferente probatur; quoniam si probatur ex eis mors dicti Marighellæ, vt tradit Alex. in l. 1. §. hoc aut. ff. de ope. no. nun. post Imol. & Iacob. Butrig. quos citat, & tradit Ioan. Baptista Ferret. conf. 47. num. 22. & iudex dicta verba proluit, fateri oportet, ipsum sciuisse dictam mortem, cumq; pateat ex collatione temporis latæ sententiæ & sepulturæ dicti Marighellæ mediante fide Notarii & fratrum sancti Francisci in actis producta quòd dicta sententia lata fuit infra nouem dies à morte dicti Marighellæ, debet ipsum iudicem sciuisse, quòd penderet tempus luctus & sic mortem illius fuisse recentem.
- 31 † quia scientia præsumitur ex vicinitate temporis. Crau. conf. 74. nu. 2. Paris. conf. 76. nu. 7. nu. 4. sicut ex vicinitate loci. l. si vicinis. C. de secũ. nupt. Bar. Bal. Castr. Dec. Do. meus Riminaldus & alii in l. 1. ff. si cert. pet. Port. Imol. latè cõsi. 147. nu. 78. merito nõ tenebatur procurator quicquid de hoc opponere, sed imputari debet parti & iudici q̄ uoluit procedere, & ille iudicare tempore prohibito illis certo.
- 32 † Ad secundum responderetur, tex. in l. 1. §. 1.

- ff. de feriis procedere, quando tempore feriato processum fuit partibus presentibus & consentientibus, quia fauori suo priuato potuerit renunciare, vt doctores dicunt, & probatur in l. pen. C. de pact. secus si illis absentibus, vt subdit tex. quia nulla est sententia, sicq; loquitur 33 etiam clarè Imol. in d. conf. 88. † & ita quoq; debet intelligi Crau. in d. conf. 272. nu. 9. secũdum legè & Doctores quos citat, ut per Bart. in l. non solum. §. liberationis uerba. ff. de lib. leg. Io. Campeg. conf. 156. nu. 8. vol. 1. ultimarum voluntatum, Ceph. conf. 186. nu. 60. Roma. conf. 76. col. fin. Soc. Iun. conf. 68. nu. 27. vol. 1. Menoch. conf. 35. nu. 30. conf. 52. num. 165. & conf. 90. nu. 55.
- 34 † Ad tertium uerò respondetur, illud de excusatore mittendo ad docendum de infirmitate procedere, quando iudex eam ignoraret, ut etiam glo. tangit in d. l. quæsitum. Rursus illud fit ad cautelam, prout loquitur Alex. non autem dicit esse necessarium, imò verò supra notat ex illo tex. impeditum non teneri mittere procuratorem, quod per longam distinctionem prosequitur Imol. & inter cætera tenet, quòd ubi impedimentum non est uoluntarium & paruo tempore duraturum, quis non teneatur mittere procuratorem, qualis erat casus noster de impedimẽto luctus necessario & modici tẽporis nouem dierum tantum, † & certè cum viduq; intra d. nouem dies non teneatur exire domum, & ire ad iudicem, vt dicit Ias. in l. 2. col. 2. ff. de in ius uoc. nec vllò modo debeant inquietari, nullaque prorsus eis fieri molestia, prout in d. iuribus dicitur, sequitur quòd nec excusatorem, nec procuratorem, vel alium mittere teneantur, & potissimè quando iudex id sciebat, ut in casu nostro probatur ex supra deductis. Quare concluditur, hanc sententiam fuisse, & esse nullam omnino, sicque de iure declarandum esse. Cum potissimè in alio iudicio iura multa deducuntur, quæ in lucem uenerunt, ex quibus apparebit, quàm iniuste Al 36 lioti litem fecerint. † Vnde pro veritate iudex etiam laborare debet. l. non est nouum. cum ibi notat. C. de eden.

Hippolytus Riminaldus Ferrar.

Pro D. Bartholomea Meia.

ARGUMENTVM.

Quando confessio dotis facta per maritum præiudicat creditoribus, & q̄ alienatio non dicitur in fraudem fisci celebrata.

S Y M M A R I V M.

- 1 Confessio mariti de dote recepta præiudicat etiam creditoribus quãdo mulier agit hypothecaria lapsò tempore opponendi excep. non num. pecu.
- 2 Et est communis opinio.
- 3 Tempus opponendi dotem non numeratã est annus vel tres menses sunt, vt in iure distinguitur.

Aa 2 Solutio

- 4 Solutio vera & confessio solutionis post 30. dies equiparantur.
- 5 Iuramentū assertiuū veritatis probat cōtra iurātē.
- 6 Confessio dotis praeiudicat cuiuslibet successori etiam fisco quando emanauit antequam res in eum fuerint translata. 11.
- 7 Lex si quis post hac. C. de bon. proscr. quando procedat. 8.
- 9 Actio de dote quando detur contra fiscum.
- 10 Fiscus non debet esse melioris conditionis marito.
- 12 Tertius opponens excep. non num. dot. non auditur nisi infra tempus quod viro daretur.
- 13 Romani opin. consi. 445. in fi. falsa. Et contra eam plures versantur. 14.
- 15 Confessio dotis praeiudicat quando concurrunt alia indicia ex quibus coadiuuatur. Et est communis opin. 16.
- 17 Statutum Mutinae de alie. bonor. facta per malefac. lib. 3. rubr. 40. Tria requirit ad alienationem in fraudem fisci dicendam. 18.
- 19 Verba nō aliter nec alio modo precisā habēt naturā. Et taxatiua sunt. 20.
- 21 Verba quoquo modo praecedente negatiua significant nullo modo & in nihilum.
- 22 Statutum non tollitur per non usum, sed per usum contrarium.

CONSILIVM CLXXX.

Auxilium meum a Domino.

**R**UBLICATIS bonis Philippi de Rocca anno 1566. propter homicidium ab eo commissum coparuit Bartholomaea Meia eius mater cum instrumento securitatis dotis suae lib. 300. sibi facte per dictum Philippum de anno 1563. quam dotem dixit habuisse Blasium eius patrem tempore contracti matrimonii, petiitque reuocari tenentiam sumptam per Syndicum Camerae Fiscalis Sauiagnani cuiusdam terrae castaneatiuae, super qua dicta dos fuit specialiter assecurata eamque sibi liberè relaxari pro dicta dote.

Rursus comparuit Bernardus de Rocca dicens de anno 1565. dictum Philippum sibi vendidisse bona, de quibus in instrumento producto, petiitque dictam tenentiam reuocari, sibi que dicta bona liberè relaxari, nec in eis molestari, & super his instructo processu mihi transmissio petitur quid de iure sit decidendum.

Et imprimis circa dotē D. Bartholomae videtur habere fundatam intentionem ex doctrina Bart. in l. asiduis. col. 2. C. qui pot. in pign. hab. ubi dicit, quod confessio mariti de dote recepta praediicat etiam creditoribus, quando mulier agit hypothecaria contra tertios possessores lapsa tempore opponendi exceptionem non numeratae dotis, sequitur Alex. consi. 24. viso instrumento contractus, col. 2. vol. 2. quod

est repetitū. consi. 90. vol. 3. & idem tenet Alex. col. 123. col. 1. vol. 6. et cōem testatur Rube. col. 78. col. 3. vers. Tertio stringit. Soc. col. 82. col. 1. vol. 3. Gozad. consi. 42. colum. 3. & Crau. consi. 40. num. 7. ubi concludit in casu suo, quod ex quo dicebatur esse lapsum tempus opponendi exceptionem non numeratae dotis, merito confessio debebat praediicare creditoribus. Quod hic ad vnguem contingit, et non tempus opponendi dicta exceptionē est annus, vel tres menses sunt, ut distinguit text. in l. fin. iuncta auct. quod locum. C. de dot. caut. non numerat. haec autem confessio iam quatuor annis emanauit, ergo lapsum est dictum tempus.

Secundo comprobatur ex doctrina Bart. consi. 160. Titius promisit Sempronio, ubi tenet, quod vera solutio ac confessio solutionis post 30. dies equiparantur. l. in contractibus. §. quā. C. de non num. pecu. saltē interpretatiuē. Unde confessio creditoris de recepto probat veram numerationem, ut fideiusor contra debitorem agere possit, sicque consuluit Franc. Tigris. prout refert & sequitur Castr. in l. duobus. §. 1. ff. de iureiur. & in l. qui debitorem. ff. de fideiuss. & consi. 396. queritur vtrū, in antiq. atque idem tradit Alex. in d. consi. 24. col. 2. & d. consi. 123. col. 1. Dec. consi. 493. col. 1. Unde pariter hic post lapsum tempus opponendi dicta exceptionē non numeratae dotis, confessio dicti Philippi, quod sciret in veritate patrem suum habuisse, & recepisse à patre dicta Bartholomae lib. 300. pro eius dote, debet veram solutionem probare, sicque alteri praediicare, ut hic fisco.

Tertio, quoniam iurauit omnia & singula in dicto instrumento contenta fuisse & esse vera, quod iuramentū assertiuū veritatis probat contra iurantē. Bar. Bal. Saly. & alii in l. fi. C. de non num. pecu. Soc. consi. 82. col. 1. vol. 3. Alex. consi. 18. vol. 3. qui loquitur in confessione patris de quid recepto à filio cum iuramento, quare dicamus idem e contra in confessione filii de receptis à matre per patrem suū, & eum sequitur Crau. d. consi. 40. sub nu. 7. & per Dec. col. 536. sub nu. 9. Et sic ut confessio praediecta cum iuramento praediicat d. Philippo, pariter praediicare debet cuiuslibet successori & sic fisco, ex quo emanauit antequam res in eum fuerint translatae, ut not. Ioan. And. in addit. Specul. de teste. §. nunc tractemus. in addit. magna. tradit Bart. in l. si mater. §. si. ff. de excep. rei iud. & in l. si superatus. ff. de pign. Aret. col. 13. col. 2. col. 112. circa fi. & consi. 36. Soci. consi. 11. vol. 1. col. 13. col. 2. & consi. 82. col. 2. vol. 3. latē Crau. in tract. de antiq. temp. prima parte. num. 78. Rui. consi. 76. num. 14. vol. 5. Cephal. consi. 90. num. 52.

Nec ab ista conclusione nos mouere debet text. in l. si quis posthac. C. de bon. proscr. ubi publicatis bonis mariti, vxor reperit dotē tantū, quā se corporaliter tradidisse docuerit, non ergo confessio praediecta: quia procedit ille text. quādo sumus infra tempus opponendi exceptionem non

non numeratae dotis. Secus si post, tunc enim mulier admittitur etiā contra fiscū, licet actualiter non probet numerationem, secundum gl. ibi in ver. dotium, dum dicit, fiscū sicut & ceteros creditores, quorum interest posse excipere de non numerata pecunia, per l. si cui. C. de non num. pecu. et sic glo. intelligit illam. l. si quis posthac, secundum d. l. si cui, videlicet intra tempus, non autem post, & hoc idem clarè tradit Castr. in l. si marito. in princ. ff. solu. matr. et ubi vult actionem de dote dari contra fiscum si fuit renunciatum exceptioni non numeratae dotis, vel erat transactum tempus opponendi exceptionem, non numeratae dotis: et quia fiscus non debet esse in hoc melioris conditionis ipso marito. sed maritus compelleretur soluere in dictis casibus, ergo & fiscus, & idem tenet Fulgo. consi. 133. consi. 205. & consi. 217. Tiraquell. de vtroque retract. in tit. de retract. ligna. §. 1. gl. 18. nu. 91. & decif. Neap. 402. nu. 11. post And. de Ifern. & alios quos citat, et hanc esse communem opin. & communem practicam testatur Bulgaria. in l. 1. sub nu. 26. col. 3. ff. solu. matr. Unde sequitur ex praediectis conclusio fauorabilis D. Bartholomae, tantoque magis quoniam fiscus possessor bonorum d. Philippi non habet aliquam hypothecam in eis. Unde mulier in dote confessata retinet priuilegia sua contra tertium creditorem, vel possessorem non habentem aliquam hypothecam, et nec auditur tertius possessor opponens exceptionem non numeratae dotis, nisi infra tempus quod viro daretur, ut latè concludit Bal. Nouel. in d. l. 1. num. 145. ff. de solu. matr. & post eum Bulg. nu. 27. et ex quibus falsa redditur opinio Rom. consi. 445. in fi. & Fely. in d. c. si cautio. de fid. instr. vers. Fallit ultimo. num. 77. ad fin. & Parisii consi. 52. col. fin. vol. 2. qui contrarium tenet, et nam longe plures supra relati tenent pro muliere, sicut etiam tenet decif. Neap. 402. reiecta Fely. sententia & num. 10. dicit esse communem opinionem.

Quarto, confessio dotis praediicat, quando concurrunt alia indicia seu coniecturae, ex quibus veritas confessionis coadiuuatur, puta, quando maritus vxorem retinuit, & alimenta illi praestitit tanquam dotatae. Bal. in rubr. C. de priuile. dot. col. 3. vers. vnde queritur, Dec. col. 536. colum. 3. vers. & ad hoc. Soci. consi. 122. col. 4. et cōem testatur consi. 82. col. 2. vol. 3. sequitur Crau. consi. 40. nu. 4. Sed haec Meia & à marito, & à filio eo mortuo sepe fuit alimentata, ergo d. confessio praesumit vera: quia non est verisimile, quod maritus eam tanto tpe voluisset tenere sine dote. Et haec de primo quito dici potest.

Nunc ad secundum descendendo de venditione facta Bernardino, pro quo deducitur statutum Mutinae sub rubrica de alienat. bon. facta per malefac. lib. 3. rubr. 40. disponens, quod si quis fecerit alienationem de omnibus suis bonis, vel eorum maiori parte, si dicta alienatio facta fuerit intra 60. dies proximè praecedentes tem-

pus maleficii commissi, & tempore dicti maleficii idem malefactor ipsa bona alienata quomodo tenuerit, alienatio praediecta pro simulata & irrita respectu fisci habeatur ipso iure & facto. Tria igitur concurrere debent ad irritandam alienationem velut in fraudē fisci factam, quod de omnibus bonis, aut maiori parte sit facta, quod intra 60. dies praecedentes maleficiū facta fuerit, & maleficii tempore malefactor possideret, deinde subdit statutū. Et aliter nec alio modo simulata & irrita quomodo intelligatur, nec sit alienatio praediecta, nisi quae facta fuerit intra dictum tempus. Quae verba & aliter nec alio modo, praesentem habent naturā, ita quod aliqua modificatio non admittitur, nec alia interpretatio separata à verbis, ut inquit glo. Bal. & alii in l. & si quidem. C. de excep. & idē Bal. in c. 1. §. denique. col. fi. quae fuer. prima causa benefic. Dec. consi. 61. nu. 2. consi. 281. nu. 4. et taxatiua sunt, & praecisa, ut tradit D. meus Rimi. & las. in l. 2. in princ. in ver. non aliter. ff. de offic. eius, sequitur Paris. consi. 19. nu. 15. vol. 2. et quibus accedit & illa, quomodo modo, negatiuè prolata propter dictionem nec, praebulam à qua reguntur, nam significant, quod in nihilum, seu nullo modo sit irrita alienatio. l. grece. §. illud. & ibi gl. Bar. & alii. ff. de fideiuss. Dato igitur, quod haec alienatio facta sit Bernardi no coniuncto clam: quia extra iurisdictionem Sauiagnani, quod in ea comprehensum fuerit Castanetum matri prius hypothecatam, non vñ irrita respectu fisci, postquam non concurrunt illa tria, quae statutū requirit. Deficit enim illud, quod intra 60. dies praecedentes maleficium facta fuerit, et nec fisco prodesse videtur abnegare, quod dictū statutū fuit in obseruantia Sauiagnani, non iustificando quod similis casus pluries euenerit de alienatione facta ultra dictum tempus, & quod contrarium fuerit obseruatum: quia bona fuerunt publicata, nam per simplicem non usum lex non tollitur, nisi contrarius usus interuenerit, ut per Cyn. in l. re non noua. §. patroni. C. de iudi. in l. fi. C. de iure domi. impetr. & in l. 2. C. quae sit long. consue. latē Aret. in proce. instit. §. igitur. col. fi. Bal. in l. de quibus. vers. Modo queritur. ff. de legi. Io. And. Butr. & Abb. in c. cum Ioannes. de cleri. coniug. Abb. col. 57. secunda parte. Cald. col. 4. de consue. Natta consi. 56. nu. 4. Quare super his motiuis aduersus fiscum diligenter est considerandum.

Hippol. Riminal. Ferrar.

Pro magnif. D. Anto. Malchiauello.

ARGUMENTVM.

Materia substitutionis an & quando extendatur. Et alia pulchra pertractantur.

S F M M A R I V M.

1 Substitutio de casu ad casum non expressum non extenditur.

- 3 Fallis alio apparente licet ex coniecturis. 33. 39.  
 2 Casus omisus habetur pro omisso licet eadem aequitas versetur.  
 Et testator interrogatus idem respondisset. 3.  
 4 Extensio substitutionis nō sit de persona ad personā. Quae sententia communis est. 5.  
 Et etiam procedit quando testator interrogatus idē respondisset. 6.  
 Et ubi persona substituti variatur. 7.  
 Quod etiam fuit de mente Salyceti. 8.  
 9 Haeredes infra scripti censentur illi qui legi possunt in testamento, & non alij. 19.  
 Ut haeredes heredum. 10.  
 11 Substitutio restringitur quando refertur ad supra nominatos.  
 12 Haeredes infra scripti habentur, ac si essent nominati proprio nomine.  
 13 Dicitio infra scriptos, restrictiva est.  
 14 Verba cui non conveniunt nec conveniunt dispositio.  
 15 Dicitio ipsorum, personalissima est.  
 Nisi constet de contraria mente disponentis. 44.  
 16 Filius in substitutione non dicitur eiusdem qualitatis cuius erat pater.  
 17 Fideicommissum conditionale non transmittitur. Etiam ad liberos & descendentes. 18.  
 Et est communis reiecta glo. in l. is cui. ff. de acti. & obligat.  
 Nisi constet de contraria voluntate testatoris. 49.  
 19 Voluntas testatoris ex verbis prolatis colligitur.  
 20 Transmissio coniectura ad nepotes sumitur ex eorum mentione.  
 Si conditionaliter facta fuit non autem si dispositiva. 21.  
 22 Transmissio respectu quorum bonorum procedat.  
 23 Fideicommissum ut evitetur interpretatio summi debet.  
 Et adversus illud in dubio iudicari. 24.  
 25 Dicitio ut, consecutiva ponitur.  
 26 Confessio ut in instrumento limitata videtur ad illud.  
 27 Verba institutos ac vocatos substitutionem comprehendit & quare. 28.  
 28 Substitutioni alteri ex aequata communicatur ea quae expressa sunt in ea ad quam fuit ex aequata.  
 29 Dicitio respectiva, significat proportionabiliter.  
 30 Verba ordine successivo denotant ut priore gradu sublato sequens admittatur.  
 31 Mens ex verbis prolatis sufficit ad inducendum fideicommissum.  
 Et quibusque verbis colligatur. 33.  
 Vel ex coniecturis colligatur. 34.  
 32 Verba iuxta dispositionem & c. veniunt ad ampliandum substitutionem.  
 Clausula omni meliori modo, denotat quod testator noluit se restringere ad casum specificatum. 37.  
 Sed ut actus valeat eo modo quo valere potest. 37.  
 Dictiones duae significatione dissimiles quando ponuntur in dispositione attenditur illa per quam dispositio redditur plenior.  
 41 Dicitio in una substitutione quando intelliguntur in alia repetita. 42. 50.

- 42 Relatio facta censetur cum suis qualitatibus, Et persona uno loco nominata censetur nominata in alio referente. 43.  
 46 Verba in totum transmissionem impediunt.  
 47 Expressa nocent, secus non expressa.  
 48 Trebellianica dicitur detrabi contra voluntatem testatoris.  
 Quae sententia communior est. 49.

CONSILIVM CLXXXI.

Auxilium meum a Domino.



IRCA testamentum D. Antonii de Malchiaellis adeo copiose scriptū fuit per Clarissimos Dominos Consulentes ad fauorem D. Antonii Iunioris de Malchiaellis eius proneptis, vt opera mea velē non sit necessaria, ne tamen honesto desiderio petentis, qui mecum plurimum potest, deesse videar, paucula quaedam, quae mihi succurrunt in medium proponam.

- 1 Et imprimis aduersus D. Antonium modernum facit illa regula satis trita, quod substitutio de casu ad casum non expressum non extenditur, vt scribit Soci, conf. 63. col. 7. nu. 14. vol. 3. conf. 104. col. 5. num. 8. eod. lib. Rubeus conf. 120. col. 3. Gozad. 21. nu. 8. & 59. in prin. Ceph. conf. 292. nu. 4. sed semper dici potest, hoc casu non loquitur substitutio, & qui vult dicere substitutionem aliquem casum includere id ostendere debet, vt tradit Io. And. in addit. Specul. tit. de testa. §. 1. vers. occurrit. in fi. Old. conf. 21. Soci. conf. 62. num. 3. conf. 63. col. 7. nu. 14. vol. 3. Abb. conf. 140. vol. 1. Gozad. conf. 21. nu. 8. conf. 59. in prin. Rube. conf. 28. num. 1. conf. 120. col. 3. Soci. Iun. conf. 102. nu. 23. vol. 1. & conf. 176. nu. 8. vol. 2. Crau. conf. 161. nu. 16. Cephal. conf. 269. num. 11. † vt enim dicit Ioan. And. loco citato casus omisus habetur pro omisso, licet eadem aequitas versetur in omisso, quae in expresso versat, vtq; dicit Anch. cōf. 356. ex serie testamenti; col. fi. licet testator interrogatus in casu omisso idem respondisset, postquam tamē in eo expressē nō prouidit, legalis interpretatio ad eū omisum porrigi non debet, sequitur Natta confil. 678. nu. 30. Rolan. à Valle cōf. 58. cuius rei ratio facilis in promptu esse potest; quoniam si testator voluisset aliquem casum includi, facile sibi fuisset eum exprimere, quod cum non fecerit non intelligitur disposuisse. l. vnica. §. finautē ad deficientis. C. de caduc. tollend. ita Natta cōf. 186. nu. 9. † longēq; minus substitutio trahi debet de persona ad personā, vt tradit Aret. in l. Gallus. §. & quid si tantum. col. 4. versic. adde. ff. de libe. & posth. & post eum Ias. col. 5. in l.

in l. cum res. ff. de lega. primò, & in consil. 220. columna quarta, versic. Imprimis. volumine secundo. Dec. in l. illam, numero 11. C. de collatio. consil. 218. numero 9. conf. 291. colum. penultima, consil. 377. nume. 11. consil. 384. consilio 465. nume. 16. & ibi Bald. & Imol. ff. de haered. instit. Alexand. in l. 3. in fin. C. de libe. praterit. Dec. confil. 89. col. 5. cum similibus, per Socin. Iunio. conf. 111. num. 28. volum. 1. vbi sic ampliat regulam praedictam, sicque ob id substitutio nō extenditur de persona ad personam secundum eum, quod etiam voluit Cuman. in l. commodissimè. ff. de liber. & posthum. & Tiraquell. loco citato & prater eos Hieronymus Gabriellus consilio 95. nume. 14. post allegatos per eum. † firmaque remanet omnino dicta regula, quando persona substituti variaretur, vt hic de Ioanne vocato ad Antonium eius filium, nam extensio substitutionis non conceditur, vt tradit Bart. in l. Gallus. in prin. columna penultima, nume. 9. Imol. per illum textum in l. si pater filium impuberē. ff. de vulga. & pupilla. Ange. in d. §. & quid si tantum. columna tertia. Cuman. secunda. Alexand. in l. nam hoc iure. columna tertia. ff. de vulga. & pupilla. & in l. i. eodem titulo, num. 11. Socin. num. 22. limitatione secunda. Ripa nume. 92. Socin. conf. 77. colum. penult. volum. 3. Dec. conf. 394. num. 7. Guilielm. Bened. in c. Raynutius. versic. si absque liberis, num. 26. de testam. † quae fuit etiam mens Saly. in l. fin. C. de posthum. haered. instit. quatenus dixit, dispositionem factam erga vnā personam ad aliam non extendi, & sic loquitur de persona substituta & honorata, at duae sunt in effectū substitutiones in hoc testamento, quae non videntur huic D. Antonio deseruire, meritò per eas admitti non debet. Probatur (primam sumendo) nam instituta domina Vincentia vxore sua in certis bonis testator disposuit ea mortua dicta bona deuenire ad infra scriptos eiusdem testatoris nepotes & haeredes infra scriptos, posteaquam instituit Raphaellem, Ioannem Benedictum, & Bartholomaeum fratres & Ioannem de Malchiaellis eius nepotes, & de filiis eorum nullam fecit mentionem. Vnde sequitur dictos filios nepotum testatoris praecedentium vxori, prout de Ioanne contigit, non admittit

ti, sicque dominum Antonium dicti Ioannis filium remanere exclusum. † Nam cum vocauerit testator eius nepotes & haeredes infra scriptos, illi duntaxat haeredes venire debent, quorum nomina in testamento legi possunt, non autem alij haeredes, quorum nomina in eo legi non possunt, vt declarat Barto. in l. qui liberis. §. haec verba. in fin. ff. de vulga. & pupilla. de testatore qui substituit Titio, si decesserit, suos haeredes infra scriptos, postea instituit pauperes Christi nominandos, vel eligendos per talem. Nam si prater illos, alios quoque nominauit, illi tantum veniunt, non autem pauperes postea electi: quia non sunt in testamento scripti, sequuntur Arcerinus & Iaso. ibidem † & melius etiam probatur per Imol. in l. si quis filium. §. fina. ff. de acquiren. haeredit. vbi tenet relictis 300. filia. si testator voluit, quod si decederet ante nuptias deueniret legatum ad haeredes suos infra scriptos, filiis institutis, & filiae praemortuis fideicommissum cessare, nec ad nepotes ex filiis pertinere: quia debet intelligi de haeredibus nominatis tantum, non autem de haeredibus haeredum, sequitur latè Alexan. in terminis loquens consil. 178. volum. 5. & Ruin. consil. 29. colum. 2. volum. 2. Socinus Iunior consilio 131. numero 74. volumine primo, cum similib. per alios consulentes allegatis, † quibus addo pariter Alexan. consilio 69. columna 3. volum. 3. qui substitutionem restringit; quia testator dixerat, velle bona permanere in superius nominatos per modum supra scriptum. Vnde ad alios extendi non poterat ex restrictione facta per testatorem, sicque ponderat eum Rubeus consilio primo, colum. 3. & Ruin. consil. 150. colum. penult. num. 18. volum. 2. † Vnde idem dici debet, quando testator loquutus fuit de infra scriptis haeredibus: quia perinde haberetur, ac si nominati fuissent proprio nomine, secundum Bart. conf. 7. factum est tale. Ias. conf. 15. num. 2. volum. 1. Curt. Iunior conf. 115. num. 21. & Ruin. in dicto consilio 29. numero quinto post Alexand. in l. fina. C. de haered. instituen. vt ibi per eum. † horumque Doctorum sententia confirmatur. Nam dictio infra scriptos, velut infra, restrictiua est, & ostendit in substitutione non venire, neque contineri, nisi expressè enumerata, vt tradit Alexand. consilio 176. in fin. volumine secundo. Decius consilio 190. nume. 8. Paris. consilio 93. numero 24. volum. 1. Menoch. consilio 86. numero 71.

Alterā verò substitutio ponitur in institutione dictorum nepotum in omnibus aliis bonis facta, vbi testator eis instituit eos inuicem substituit vulgariter & per fideicommissum, & ita quod aliquo vel aliquibus ex praedictis eius haeredibus decedente, seu decedentibus, portio hereditatis ipsius testatoris talis seu talium decedentium peruenire debeat ad

superstitem, seu superstites ipsorum heredum, hæc enim substitutio facta fuit in portione decedentis, in qua fuit institutus, & de superstibus ipsorum heredum. Quare non videtur cōplecti posse bona relicta vxori, cum in eis dicti 14 nepotes non fuerint instituti hæredes, † nam cui non conueniunt verba dispositionis, non conuenit dispositio. l. 4. S. toties. ff. de dam. infect. & in substitutione tradit Hiero. Albanus conf. 22. nu. 7. Item cum vocati sint superstites ipsorum heredum, non videntur venire posse eorum filii: † quoniam vox ipsorum, non potest nisi ad supra memoratos referri, velut personallissima, vt verbis vtar Baldi, quem refert Ias. in l. filiusfamilias. S. diui. num. 151. ff. de lega. 1. sicq; ponderat in terminis substitutionis. Soc. Iun. conf. 111. num. 24. vol. 1. & Hiero. Albanus conf. 4. num. 13.

Confirmatur: quia dicendo, quod aliquo ex supradictis eius heredibus decedente, portio talis sic decedentis deuenire debeat ad superstitem, seu superstites ipsorum heredum, voluit testator denotare personas substitutas, quæ essent eiusdem qualitatis, cuius erat ille, cui substituebat, & sic quod vno nepote moriente 16 alii nepotes succederent, † merito Ioanne nepote præmorte vxori dici non potest vocatus D. Antonius eius filius: quia nõ est eiusdem qualitatis, cuius erat pater suus, cui facta fuit substitutio, & ita cōsiderat in simili casu Alex. conf. 104. consideratis verbis, vol. 2. & in materia substitutionis Rui. conf. 181. col. 2. vol. 2. & sicut D. Antonius ex nullo capite substitutionem, de quibus in testamento, videtur admittendus, ita nec ex persona patris sui præmorte 17 tui, siue ex iure transmissionis, † tum quia pater fideicommissarius mortuus est conditione fideicommissi pēdente, quo casu transmissioni locus non est. l. vnica. S. si autem sub conditione. C. de cad. tollen. l. in personam. C. de fideicom. † Quod etiam procedit in descendentibus, vt not. gloss. communiter recepta. in l. vnica. C. de his qui ante aper. tabul. & probatur in l. cum ex filio. in prin. ff. de vulg. & pup. & ibi Bal. & Imol. reiecta glo. in l. is cui. ff. de actio. & oblig. sequitur Rube. conf. 8. nu. 3. cōsil. 35. col. 2. & conf. 104. col. 2. D. meus Riminaldi. conf. 183. num. 12. Castr. Alexan. Ias. & Rip. in l. cum filio. ff. de leg. 1. Bal. conf. 146. conf. 254. vol. 1. conf. 115. vol. 5. Soc. cōf. 74. col. 1. vol. 4. Dec. conf. 465. col. 1. cōf. 515. in prin. cōf. 574. Rui. conf. 181. vol. 2. conf. 183. nu. 3. eod. vol. conf. 122. nu. 3. conf. 136. nu. 55. & conf. 152. vol. 3. Paris conf. 3. nu. 38. vol. 1. conf. 70. nu. 7. conf. 75. nu. 21. conf. 77. num. 1. vol. 2. Ceph. conf. 32. nu. 3. Roland. à Valle conf. 46. num. 3. vol. 3. Natta conf. 551. nu. 15. Bursat. conf. 71. num. 7. post Vasquium, quem citat vt per eum Bero. conf. 74. num. 17. & 20. vol. 2. vbi testatur hanc esse communem, & Glossam in d. l. is cui 19 esse ab omnibus ferè damnatam. † Tum quia

voluntas testatoris, quæ ex verbis prolatis colligitur, repugnat, q̄ transmissio locum habere possit. Voluit enim, quod D. Vincentia mortua supradicta bona stabilia, nec nõ credita, in quibus vt supra fuit instituta, quibusdam exceptis, peruenire debeant ad eius nepotes hæredes infra scriptos, & sic quod vno præmorte D. Vincentiæ ceteri tota dicta bona consequantur, ergo non potest habere locum transmissio alicuius partis in huc D. Antonium, quia alias alius, vel alii non haberent totum, sed cum diminutione partis transmissa, ita Rui. arguit in dicto conf. 181. num. 4.

Nec istud ius transmissionis coadiuari posse videtur ad beneficium D. Antonii, quod in secunda substitutione nepotum dixerit testator, quod aliquo ex illis quodcumque sine filiis decedente portio talis decedentis sine filiis deueniat ad superstitem.

20 † Vnde propter factam mentionem filiorum dictorum nepotum videtur summi coniectura transmissionis fideicommissi conditionalis ad eos, & sic ad D. Antonium præmorte Ioanne patre suo nepote Testatoris, secundum Bal. in l. 1. C. de his qui ante aper. tabul. in l. si pater. quest. 4. C. de inst. & substit. & in l. 1. C. vt act. ab hæred. Cuma. conf. 13. Fulgo. conf. 15. Ias. conf. 153. primo dubio, vol. 2. Soci. in l. hæredes mei. S. cum ita. nu. 10. ff. ad Trebel. conf. 141. nu. 26. vers. & alia, vol. 2. conf. 6. col. 3. vol. 3. Dec. conf. 397. num. 6. conf. 515. & conf. 574. Natta conf. 688. nu. 3. Celsus Hugo cōsil. 20. nu. 56. Bero. conf. 108. conf. 74. cōf. 18. & conf. 84. num. 24. vol. 2. & Ceph. conf. 16. 21 num. 42. † dicens istud procedere, quando de filiis est facta mentio conditionaliter: quia siue sunt positi in conditione, non autem quando dispositiue: tunc enim non admitterentur iure transmissionis ex tacita atque coniecturata voluntate testatoris, sed iure proprio tanquam vocati & substituti, sicque declarat Dec. in dicto conf. 515. col. 1. vers. & ista conclusio idemque Ceph. conf. 283. nu. 24. Bellon. conf. 60. cum similibus per Bursatum conf. 71. 22 num. 8. † Quoniam considerandum est, quod testator in illa secunda substitutione loquutus fuit de aliis bonis præter relicta D. Vincentiæ vxori suæ, in quibus aliis bonis instituit dictos nepotes, & eos inuicem substituit vulgariter & per fideicommissum, subdens quod aliquo ex eis decedente quodcumque sine filiis portio talis decedentis deueniat ad superstitem. Fateor enim, quod respectu dictorum aliorum bonorum ius transmissionis locum haberet, & ita pars dictorum bonorum, quam fuisse consequitur Ioannes, si prædecessisset, iure transmissionis in D. Antonium eius filium fuisset deuoluta, sed quod istud porrigitur ad bona relicta dominæ Vincentiæ, & in eis ius transmissionis locum habere debeat, non video quomodo dici possit, aut attentari, ex quo de illis nullum

23 nullum verbum facit eo loco testator, † & interpretatio facienda sit, vt fideicommissum velut odiosum euitetur. l. cohæredi. S. cum filia. ff. de vulg. & pupil. Ias. post alios in l. ex tribus. C. de inoff. testamen. Dec. conf. 465. num. 14. 24 Crau. conf. 180. nu. 1. & in fin. † vbi etiam cōcludit in dubio contra fideicommissum iudicandum esse, sequitur Castr. conf. 45. num. 12. & conf. 46. nu. 15. Et ex his repellendus videtur à dictis bonis dictus D. Antonius.

Nihilominus diligentius cogitanti mihi cū cæteris, qui scripserunt ad eius fauorem contrarium verius visum fuit. Moueor: quoniam testator voluit bona relicta vxori suæ deuenire ad eius nepotes hæredes infra scriptos, & vt infra institutos ac vocatos, pondero, quod testator nedum fecit mentionem de nepotibus infra scriptis, sed addidit & vt infra institutos ac vocatos, † quæ dictio, vt dicitur consecutiue posita. c. si autem. 2. quest. 6. Corn. conf. 117. num. 13. vol. 1. & sic prosequendo per ea verba 26 voluit eos qualificare magis, & limitare, † sicut quando quis constituit, vt in instrumento cōtinetur, nam limitata videtur confessio secundum Bal. in l. 2. col. 1. vers. vltimus nota. C. de erro. calculi. Roma. conf. 194. Alex. conf. 3. in causa & lite, in prin. vol. 2. & conf. 8. videtur 27 fortasse in fin. vol. 4. † & cū misterio dixit institutos ac vocatos, vt comprehenderet eorum substitutionem factam in aliis bonis, nam per verbum institutos satis erat expressa institutio, vnde per illa verba ac vocatos, venit substitutio, † cū alioquin essent superflua, & nihil operarentur, quod esse non debet. Bald. in rubr. C. de contrahen. empt. quest. 9. at ibi modo reperiuntur dicti nepotes instituti & substituti, ita quod aliquo eorū decedente sine filiis portio talis decedentis deueniat ad superstites, & sic de nepotibus & eorum filiis facta fuit mentio, quo casu transmissioni locus esse debet in persona D. Antonii præmorte patre suo secundum supra citatos, & alios copiose per Dominos Consulentes. † Merito sic & in ista substitutione facta in bonis relictis D. Vincentiæ dici debet: quoniam cum hæc substitutio fuerit per testatorē ex æquata illi posteriori, quicquid plus reperitur in illa, ad quam fuit facta ex æquatio, debet attribui huic ex æquata. lege Princeps. ff. de legi. tradit Bart. in l. 1. colum. 1. ff. de leg. 1. & post eum ceteri, Rui. conf. 163. colum. 1. volum. 5.

30 † Confirmatur hæc intentio testatoris substituyendo vxori dictos nepotes, respectiue ordine successiuo, nam respectiue significat quilibet proportionabiliter, & pro rata vocare. l. pen. cum ibi not. C. de ser. fugit. & tradit Bero. in suo consil. seu subscriptione facta ad aliud 31 consulentis, in hac causa, † ordine verò successiuo denotat, vt in priore gradu quopiam sublato sequens admittatur, vt tradit Ioan. Durant. tit. 4. caut. 6. ergo hinc tacita mens nedū

transmissionis, immo verò vocationis colligitur, † quæ mens ex verbis prolatis sufficit ad inducendum fideicommissum. l. Gallus. S. quidam rectè. ff. de libe. & posth. ibi. Vt eo casu valeat, qui ex verbis concipi potest, quem tex. ad hoc notat Bal. in c. 2. requiris. de appell. sequitur Dec. conf. 465. col. 2. Baldassar Quintius conf. 177. nu. 63. primo Tomo vltimarum vocationum, † & quibusunque verbis mens testatoris colligitur, sufficit, vt fideicommissum inducatur, etiam si essent enunciativa. l. etiam hoc modo. l. & eo modo. ff. de lega. 1. Bart. in l. Pamphilo. in prin. ff. de leg. 3. Dec. conf. 23. num. 4. conf. 38. nu. 2. conf. 637. nu. 9. Soci. inter consilia Curt. Sen. conf. 40. num. 19. cuius conclusionis est ratio: quia in fideicommissis voluntas potius quam verba inspicitur. l. cum virum. C. de fideicom. l. 3. S. conditio. ff. de adi. 34 leg. † etiam si voluntas ex coniecturis colligatur. l. cū proponebatur. l. qui solidū. ff. de leg. 2. Soci. conf. 12. vol. 1. Paris. conf. 52. nu. 7. vol. 2. Soci. Iun. conf. 42. nu. 27. vol. 1. Bero. conf. 78. num. 13. vol. 2. Anguissol. conf. 14. nu. 10. Tobias Nonius conf. 32. nu. 7. cum similibus per Ceph. conf. 136. num. 28. & Menoch. conf. 85. num. 85. At si voluit testator vnumquenq; nepotum suorum ratam consequi bonorum relictorum vxori, & ordine successiuo, hoc est vno præmortuo sequentem in gradu succedere in portione deficientis, mens aperta colligitur fideicommissi dispositi ad beneficium D. Antonii præmorte patre suo, cum alioquin, vt & bene dictum fuit per Clarissimum D. Bertazzolum mihi fratrem honorandum, superuacanea redderentur illa verba.

35 † Non prætereo, quod testator in substitutione dictorum nepotum vxori suæ subiunxit, iuxta dispositionem per dictum testatorem in presenti suo testamento, quæ clausula posita fuit ad ampliandam substitutionem dictorum nepotum ibidem factam in bonis vxori relictis, vt non solū procederet eo modo quo fuerat ibi concepta, sed etiam secundum formam testamenti inferius positam. Vnde si in eo aliqua forma substitutionis dictorum nepotum reperiretur, illa esset implenda, vt in simili casu considerat Ceph. conf. 245. nu. 66. At inferius in aliis bonis in quibus dicti nepotes instituantur, substituantur inuicem vulgariter & per fideicommissum, facta mentione filiorum suorum, si quis eorum decederet, signum transmissionis apertum, vt supra dictum fuit, ergo id etiam seruandum est in prima substitutione de illis facta respectu bonorū vxori relictorū. 36 † Addo quoque, quod testator dictæ D. Vincentiæ dictos nepotes substituit per fideicommissum, & omni meliori modo, via, iure & causa, quibus magis, validius fieri pōt, cuius clausula magna vis est, & inter cetera denotat, q̄ disponens non censetur se voluisse restringere ad modum & casum specificatum, vt tradit Bal.

Bal. in l. vinum, col. antepen. ff. si cert. pet. Rui. conf. 9. nu. 9. vol. 5. Alex. conf. 113. vol. 3. Bald. conf. 489. col. 1. vol. 3. Soci. conf. 142. col. antepen. volum. 1. † & in terminis substitutionis Crau. conf. fin. num. 15. sed factus non valet ut agitur, valeat eo modo, quo valere potest, de quo per Bar. in l. 1. S. si quis ita. ff. de verb. obl. notatur in l. non codicillu. C. de testam. Baptista à S. Blasio conf. 146. col. 1. primo Tomo vltimarum voluntatum. Bero. conf. 135. num. 4. volum. 1. voluit ergo testator vocare nepotes nedum per fideicommissum, sed etiam vulgariter, & recipere, & in eorum defectum filios suos, nã hic est melior modus, via & causa, quibus magis, validius id fieri posset, tũ vt aequalitas seruaretur, tum vt mortua vxore bona ad familiam testatoris omnino redirent.

38 † Et tenendo hanc partem non obstant contraria. Namque ad primum caput substitutionis primæ, quod dicebatur esse restrictum ad nepotes infra scriptos, vnde filios eorum non complectebatur, cum in testamento legi non possent velut ibi non nominati, & ideo videbatur habere locũ illa regula vulgata, quod substitutio nõ loquitur in hoc casu, nec eum comprehendit † respondetur, quod illud procedere possit alio non apparente, at secus ex quo se retulit testator ad disposita inferius in suo testamento in alia substitutione, vbi plenius & latius fuit locutus, etiam de filiis nepotum loquendo, prout superius ego perpendi. † Vnde succedit vnum notabile, quod quando ponuntur in dispositione duæ dictiones, vel orationes, quarum significatio dissimilem producit effectum, attenditur illa, ex qua dispositio redditur plenior, & quæ pinguiorem producit effectum. l. non solum. S. fin. ff. de vscap. declarando illum text. vt per Barto. in l. si quis ante. ff. de acquir. possess. & tradit Crot. conf. 14. num. 49. At per inferius dicta in secunda substitutione surgit & producit plenior effectus; quia cõtinentur etiam filii nepotum præcedentium, meritò debent attendi, & præualere verbis illis infra scriptos, magis restrictiuus, & secundum ea substitutio prima plenior debet remanere.

41 † Ad aliam verò substitutionem, quæ loquitur de aliis bonis, in quibus nepotes fuerunt instituti, non autem de bonis relictis vxori, in quibus dicti nepotes non fuerunt instituti, merito verba dictæ secundæ substitutionis non conueniunt bonis, de quibus in prima substitutione, respondetur, istud esse falsum, stante quod in prima substitutione bonorum relictorum vxori vocauit nepotes vt infra institutos ac vocatos respectiue ordine successiuo, & iuxta dispositionem inferius positam in suo testamento, † nam per tot verba relatiua eorum, quæ postea dixit in secunda substitutione, intelligitur in prima facta relatio cum omnibus suis qualitatibus. Bar. in l. si quis seruum. S. fin. ff. de le-

ga. 2. & in l. sanctio legum. ff. de pen. Aretin. in l. si pluribus. in princ. ff. de verb. oblig. Castr. in l. si cui. S. à filio. ff. de leg. 1. Rui. conf. 150. num. 17. vol. 3. & in conf. 134. num. 20. volu. 2.

43 † vbi vult, quod virtute relationis personæ vno loco nominata habeantur pro nominatis in loco referente, sicut & Cephal. conf. 16. num. 23. Vnde licet in secunda substitutione non loquatur testator de bonis vxori relictis, nec in eis fuerint nepotes instituti, satis est, quod ipsi nepotes fuerunt substituti dictis bonis vxori relictis, quemadmodum fuerunt substituti in aliis bonis, in quibus etiam fuerant instituti: videlicet nominando etiam illorum filios, casu quo quis eorum decederet. Vnde pariter in prima substitutione idem repetitum & dictum censetur. Et ideo quemadmodum in secunda transmissioni locus fuit in d. Antonium, si Ioannes pater prædecessisset, sic & in prima idem iuris esse debet, vt etiam supra deduxi.

44 † Nec insuper repugnat verbum ipsum, personale iunctum verbo superstitit, quod excludit filios nepotum. Nam quantum ad hoc vt iure proprio veniant filii nepotũ in ea substitutione, bene id negari posset, sed quantum ad id quod iure transmissionis veniant, negari non potest, ex quo de illis mentio facta fuit saltem conditionaliter, & dictio ipsorum, non est adeo perfolialis, quin alios includat, saltem quando constat de contraria mente disponentis, vt post Aretin. tradit Iaf. in l. 1. S. ad ipse mur. col. 2. ff. de acquir. possess. † & in terminis Alex. conf. 104. vol. 2. & Rui. conf. 181. col. 1. & 2. vol. 2. aderat dictio alius, relatiua & repetitiua eiusdem qualitatis, cuius erat ille, de quo facta fuit mentio. c. si. de pac. in 6. cum ibi not. per Archid. & per glo. & alios in c. sedes. de re script. cum similib. adductis per Rui. Vnde filii filiorum non includuntur, vt prosequitur Rui. quæ dictio hic non concurrat, & ideo casus non ster ab illo diuersus est.

Ad aliud verò, quod dicebatur D. Antonium nec etiam iure transmissionis venire posse: quoniam substitutio nepotum facta fuit in omnibus bonis relictis vxori quibusdam exceptis, vt perpendit in alio casu Rui. in d. conf. 181.

46 col. 2. † respondetur, illum à nostro differre, quoniam dixerat ibi testator se velle, quod alii superstites succederent in totum, propter quod verbum, in totum, impediatur transmissio ratione supra relata, quam ponit Rui. ibi. At hic non dixit testator omnia bona relictã dominæ, seu in totum pertinere ad nepotes, sed simpliciter supra dicta bona. † Vnde expressio facta in casu Rui. nocet, quæ in nostro non facta nocere nõ debet. l. expressa. & ibi Dec. Cagnol. & alii. ff. de reg. iur. nam sæpenumero effectus rei mutatur ex eo quod testator expressit, quod absque expressione intelligitur l. non nunquam. in princ. l. in diem. S. fin. ff. de cond. & demonstrat.

Confir-

48 † Confirmatur, nam sicut verba substitutionis facta D. Vincentia non impedirent detractionem Trebellianicæ, non obstante quod illa dicitur detrahi contra voluntatem testatoris. c. Raynaldus. in fin. de testamen. l. Titia. in fin.

49 ff. ad leg. Falcid. & l. 1. C. eod. tit. † quæ sententia communior est etiam hodie, vt inquit Cephal. conf. 154. nu. 74. ita multo minus impedire debent ius transmissionis, quæ fit ex voluntate testatoris, secundum Bal. in d. l. 1. C. de his qui ante aper. tab. cum aliis supra deductis & ponit Dec. conf. 397. Durantes de arte testat. titu. 5. caute. 23. col. fin.

50 † Ad vltimum verò de secunda substitutione, vbi transmissio in de collecta nõ debet operari respectu bonorum, de quibus in prima substitutione, postquã de illis in secunda nil dicit, respondetur, quod illud procederet, nisi in prima substitutione facta fuisset relatio ad dicta in secunda, nam virtute dictæ relationis, secus esse debet, vt supra deduxi. Et ita sublatis contrariis in sententiam cæterorum consulentiũ trãseo.

Hippolytus Riminaldi Ferrar.

Pro D. Io. Baptista de Hispania.

ARGUMENTVM.

De curatore bonis dato nunquid nõ confecto inuentario comparere possit pro absente & ante lit. contest. pro curatorem constituere, demumque nunquid teneatur probare vitam absentis pro quo compareret. Et post publicationem bonorum lapsis. 30. diebus comparere, & quando statutum minores non comprehendat.

S Y M M A R I V M.

- 1 Curator datus bonis tenetur facere inuentarium. 5. Sicut & tutor. 2. Etiam agnatus. 3. Et ponere res in inuentario per signa latera et confinia. 4. Alias comparere non possunt in iudicio. 5. Fallit bonis occupatis ab alio. 6. Et in vtilibus tantum absentis. 7. Et de stilo Curiarum vbi tales tolerantur comparentes licet nondum factò inuentario. 8.
- 2 Tutor tenetur facere inuentarium. Et res in eo ponere per signa latera & confinia. 4. Alias non potest in iudicio comparere. 5. Fallit in vtilibus pupillo. 7. Et de stilo Curiarum in quibus toleratur. 8.
- 3 Doctõri attestanti de consuetudine credendum est, quod ad presumptionem, sed alij contra, qui communem testatur. 10. At prior opt. procedit in Curia Doctõris sic attestantis non in alia. 2.
- 12 Curator ante litem contestatam procuratorem constituere non potest.

- Fallit in curatore bonis dato.
- 13 Comparens pro viuente probare debet eum vixisse tempore moti iudicij. Sed contra post Baldum. 17.
  - 14 Presumitur quis viuere vsque ad centum annos. Et est communis. 15. Sed plerique contra, quod non sit vera. 16.
  - 18 Testis vnus de visu mortis tollit presumptionem vitæ.
  - 19 Testes de auditu auditus non probant. Faciunt tamen presumptionem quæ transfert onus probandi contrarium in aduersarium. 20. Sed alij quod tantum coadiuuent. 21. Presuntq. data paritate probationum. 22. Seu faciunt presumptionem predictam quando mortui sunt auctores illorum testium de auditu. 23.
  - 24 Statutum infra quantum tempus loquens de bonis publicatis contra minores non procedit. 25.
  - 25 Statutum loquens in personam non comprehendit minorem. Secus si in rem loquatur. 26.
  - 27 Prescriptio iuris communis currit minoribus. Sed eis competit in integ. restit. 28.

CONSILIVM CLXXXII.

Auxilium meum à Domino.

**D**VBIVM primum, quod proponitur, † quod D. Iulius de Hispania tanquam curator datus bonis Ioannis Baptista fratris sui. Inuentarium non confecerit, vt tenebatur secundum Bar. in l. 1. S. si. ff. de vtr. in poss. mitt. glo. & Bart. in l. 1. ff. de cura. bondan. Angel. in auth. vt lic. matri. † hoc enim est in quocunque tutore peculiare, vt inuentariũ conficere teneatur antequã administret. l. tutores. C. de administ. tut. l. 3. S. tutores. ff. de excus. tut. l. si. C. arbit. tut. & in agnato, qualis est frater, ponit Ange. conf. 108. ista quæstio.

3 † volens, quod agnatus qui tutelam assumpsit, & inuentarium non fecit excludatur ab hereditate pupilli. ideoque lex requirit in tutore cõfectionem inuentarii, ne detur ei materia surripiendi, prædandi; res pupillares, vtq; tempore rationis reddenda pupillus habeat probationes paratas & inconuincibiles contra tutorem d. l. fin. C. arbit. tut. † tenetur enim ponere res in inuentario per signa, latera & confinia. Castr. conf. 124. in fin. vol. 1. Natta conf. 663. col. pen. subiciens poenas, quas incurrit Tutor inuentario non confecto, † igitur infertur, quod Tutor non potest conuenire, nec experiri in iudicio, nec extra inuentario nondum cæpro & perfecto. d. l. fin. in fi. & ibi Docto. C. arbit. tut. Boer. decif. 53. nu. 5. Soci. Iun. conf. 49. nu. 10. vol. 3. quæ cũ ita sint, nec D. Iulius curator datus bonis potuit experiri non confecto inuentario. Cum sicut Tutor ita curator datus bonis ad illud conficiendum teneatur secundũ Doctores

ctores supra citatos, & præter eos Specul. in tit. de instru. edi. §. nunc verò aliqua. ver. sed an tenetur. & in tit. de tuto. §. generaliter. col. 1. Bar. in l. si. ff. de auth. iud. Bal. in auct. sed cum testator, in fi. prin. C. ad l. Falc. Porcelli. in trac. de inuen. cap. 2. nu. 19. Bertach. in trac. de epif. 4. par. nu. 38. vbi dicit post Bal. quòd aduersus eum potest obiici exceptio inuentarii nõ confecti, Natta consil. 574. col. 1. Bero. consil. 171. nu. 39. vol. 2. Plot. in l. si quando. nu. 194. C. vnde vi. vbi dicit contra eum in litem iurari si nõ confecit inuentarium. Franc. Pau. in tracta. de offi. & potest. sed. vacan. 8. quaest. 2. part. princ. nu. 13. Vitali. in tract. clausul. verbo nil nouari inuenta. confect. pend. col. 25. ver. item aliud. Bald. consil. 172. col. fi. vol. 2. vbi dicit hanc esse cõmunem, & ita prædicari. Idem Bal. cõf. 146. col. 2. ver. sed posito. vol. 2.

Huic motiuo tripliciter ego respondeo, primò quidem, q̄ tempore quo D. Iulius fuit decretus curator dictis bonis, ea reperiebantur occupata per fisci, seu Franchos habentes causam ab eo, nam cum bonis D. Iulii confiscatis occupata quoq; fuerant bona fraterna, & quare cum nihil vnquam D. Iulius administrauerit de dictis bonis fraternis ex quo penes alios erant, & abinde citra fuerunt, nihil ei obiici potest à quocunq; si tardus fuit in conficiendo inuentarium, nec illud hucusque fecerit, doctrina est Bart. in l. tutor, qui repletorium. col. 2. ff. de administ. tut. qui loquitur in tutore.

7 Secundò respondeo, quòd cū D. Iulius egerit remedio reintegranda, quod est in euiden-tem utilitatem fratris & bonorum, nulloq; modo sibi nocere potest, sed prodesse tantum, potuit id tacere licet inuentario non confectò, casus est in l. fina. C. de tutor. & curat. qui satis non ded. & ibi Bart. Bald. & alii. Bartol. in d. l. tutor. in fin. & in l. legitimos. in fin. ff. de legi. tutor. Guid. Pap. quaest. 330. quinque sunt. què corrupto nu. citat Bero. q. 68. colum. 2. vbi plenius insitit, denique tradit Phynutius de Phynuciis, in tract. de inuenta. 2. par. nu. 38.

8 Tertio dico, quòd de stilo curiarum tolerantur gesta talium tutorum, seu curatorum in iudiciis & extra pro minoribus, & contra minores, posito quòd non constet de confectio-  
ne Inuentarii, sic attestatur Guid. Pap. loco præallegato, vt enim dicit Ioannes Andr. in addi. Specul. de instrum. edi. §. fin. sicuti con-  
suetudo quasdam formulas inuentarii confi-  
ciendi potest immutare, pariter & totum in-  
uentarium, sequitur Iulius Monticulus in tra-  
cta. de inuenta. hered. cap. 3. num. 11. Idemque  
larius ponit Rol. à Valle in tracta. de inuenta.  
ver. sic. quæ autem dicta sunt cart. 91. in parua  
impresione. vt quæ dicit Bart. qui semper alle-  
gatur in l. de quibus. ff. de legi. & doctori atte-  
stanti de consuetudine credendum est, vt ex  
multis dicit esse magis communem Dec. consil.  
420. in fin. consil. 540. col. 2. Crau. consil. 166.

num. 9. & consil. penul. num. 1. Grat. respon. 12.  
nu. 59. vol. 1. Rolan. à Valle consil. 71. nu. 22. &  
consil. 87. nu. 12. vol. 1. Menoch. cõf. 1. nu. 164.  
qui quòd ad præsumptionem faciendam loquū-  
tur, donec probetur cõtrarium, & verum quia  
non desunt contrarium tenentes, quos enume-  
rat Bursat. consil. 16. nu. 37. communem asse-  
rens, & latè ponit Gabriel. Roman. in suis con-  
clusionibus lib. 1. tit. de probatio. conclusio. 4.  
11 Tandem dicens opinionem primam proce-  
dere in curia, in qua Doctor versatus est non  
in alia post Ioan. Lup. in c. per vestras. §. 21. de  
dona. inter vir. & vxo. quod etiam voluit Ioan.  
Durant. de arte testan. tit. quinto, caut. 3. ideò  
in prioribus respõsionibus potius refideo, sic-  
que processus sustineri debet.

12 Secundum dubium est, quòd cum D. Mar-  
cus Brunus Anguileus intercesserit in hac cau-  
sa tanquam procurator constitutus à D. Iulio  
curatore iudicium fuit nullum; quia curator  
ante litem contestatam procuratorem non po-  
test constituere l. neque tutores. C. de procura-  
tori. Sed hoc dubium facile dissoluitur. Nam  
quicquid fit in alio curatore, secus est in isto  
bonis dato, cum enim habeat viles actiones,  
meritò etiam ante litem cõtestatam facit pro-  
curatorem. tex. est in l. 2. & ibi tradit in termi-  
nis Albericus magnus practicus. ff. de cur.  
bon. dand.

13 Tertium dubium circa merita proponi-  
tur, quòd D. Iulius agit vti curator datus bo-  
nis Io. Baptistæ viuentis, nec tamen constat de  
illius vita, meritò succubere debet, nam cum  
fundamentum Do. Iulii sit vita fratris sui, de-  
buit eam probare, nec sufficere probare, quòd  
olim vixerit, non probando quòd viueret tem-  
pore moti iudicii præsentis, vt per Bartol. in l.  
siquidem. C. solu. matri. in l. 2. col. 2. ff. iud. sol.  
Alex. consil. 175. col. 5. in fi. volu. 5. & consil. 27.  
col. fi. vol. 7. latè Gozad. consil. 68. col. 2. & Al-  
ciat. de præsump. regu. 1. præsump. 44. col. fina.

14 Corn. consil. 119. col. 1. volu. 1. & licet dici  
soleat, quem præsumi viuere vsque ad centum  
annos. l. si. C. de sacr. sanct. eccles. ibi. longissi-  
mum hominis vite tempus. l. an vsufructus. in  
fi. ff. de vsuf. §. 1. in auth. vt eccl. Roman. glo.  
Barto. & scribentes in l. 2. §. sed si dubitetur. ff.  
quemad. testa. aper. & in l. sed si de sua. ff. de ac  
15 qui. hære. Dec. consil. 204. nu. 4. & consil. 575.  
nume. 10. vbi communem testatur. Vnde Ang-  
gel. in d. l. sed si de sua. tenet non esse necessa-  
rium vitam probare; quia satis probatur ex iu-  
ris præsumptione, quòd quilibet viuere præsu-  
mitur, sequitur Roma. Aret. & Alex. ibi, Corn.  
consil. 251. vol. 1. consil. 195. col. 1. & consil. 204.  
vol. 3. Alex. consil. 175. col. pen. volu. 5. & consil.  
27. col. fi. vol. 7. Soc. in l. si inter virum. col. fina.  
ff. de reb. dub. Gozad. consil. 68. Grat. responf.  
66. col. pen. volu. 2. Bertrand. consil. 175. col. 2.  
vol. 2. Soc. iun. consil. 26. vol. 2. Alci. de præsum.

16 reg. 1. præsump. 44. Tandem hanc opinionem  
dicit

dicit non esse veram Gabriel. Roma. in suis cõ-  
clusionibus. lib. 1. de præsumptio. conclu. 16.  
dicens, quòd iura prædicta eam non probant,  
sed tantum quòd longissima vitæ hominis  
terminus est meta centum annorum, & quòd  
non est præsumptio quem diutius viuere, non  
autem probant ea iura, quem præsumi viuere  
vsque ad illud tempus annorum centum. citat  
Corn. sic declarantem consil. 119. vol. 1. & cõf.  
340. eod. vol. consil. 181. col. 7. vol. 2. & consil.  
208. col. pen. vol. 3. sicut & consil. 243. eod. uol.  
Dec. in l. si emancipati. col. 2. C. de collatio. &  
in l. fin. col. 9. C. de edi. diu. ad. tollen. & in c.  
cum dilecta. col. 4. de confir. vtil. vel inutil. Iaf.  
in d. l. fin. col. fi. Paris. consil. 86. in fi. vol. 4. Rui.  
consil. 189. nu. 14. vol. 1. Hiero. Gabriel. consil.  
22. col. 1. debuit ergo D. Iulius probare vitam  
fratris sui tempore moti iudicii.

17 Sed & huic obiecto responderi potest, &  
imprimis ex decisione Bal. consil. 33. ad euidẽ-  
tiam præmittendum est, vol. 1. in antiq. vbi si-  
gnanter & in terminis quorũdam fratrum ab-  
sentium & de quorum morte dubium erat, cõ-  
cludit, dandum esse curatorem bonis, nec illos  
præsumi mortuos, nisi probarentur mortui sal-  
tem per plura indicia, & sic Bal. vult eorum vi-  
tam præsumi. Secundò dico, sicut ad tollen-  
dam præsumptionem vitæ sufficit vnus testis  
de visu mortis. Fely. in c. quoniam frequenter.  
§. porro. col. fi. vt lit. non contest. Gabriel. Ro-  
ma. loco citato in fin. ita ad tollendam præsum-  
ptionem mortis sufficere debet vnus testis de  
vita. Sed in casu nostro probatur, quòd licet  
iuerit ad bellum Alemaniarum Io. Baptista tamẽ  
post illud visus fuit Romæ, & in pollicino Rho-  
digiũ vt testes dicunt, & in super Discaltius, cū  
quo iuit ad Bellum Io. Baptista, clarè dicit se  
pro certo scire, q̄ in eo bello non perierit, quia  
se non intromittebat in rebus belli, nec in il-  
lius periculis fuit, igitur fatis de illius vita con-  
stare dicitur, cum nedum vnus sed plures te-  
stes ad eam alludent.

19 Nec duo priores illorum testium negligẽ-  
di sunt, quia de auditu auditus deponat, & ita  
non probet. l. 2. §. idem Labeo. ff. de aq. plu. ar-  
cen. Corn. consil. 340. vol. 1. prout in dubiis di-  
citur, si iungamus eos cū vltimo qui vidit eũ,  
& quem alloquutus fuit in hospicio Anguilla-  
riæ, sic bene probat, vt tradit in specie Soci.

20 Iun. consil. 135. vol. 3. Præterea circa dictos  
duos testes de auditu considero, quòd dixit  
Roma. sing. 341. citans Archid. in c. hoc vide-  
tur 22. q. 5. quòd testes de auditu licet nõ pro-  
bent, faciunt tamen præsumptionem quæ trãs-  
fert onus probandi contrarium in aduersariũ;  
sequitur Dec. consil. 272. col. 2. consil. 595. col. 1.  
Fely. in c. tam literis. col. fin. de testi. & alibi

21 sepe Doct. & licet non ignorem Natta consil.  
170. col. 2. & Benintend. decif. 67. nu. 8. hoc  
impugnare: quia Arch. non ita loquitur, sed  
vultur his verbis, q̄ testimonium de auditu re-

lationis non valet, nisi ad faciendum præ-  
sumptionem, nec probant talia testimonia, sed  
adminiculantur intentionem producentis.  
Vnde concludunt tale testimonium de auditu  
solum nil operari, sed iunctum cum aliis tes-  
tibus adiuuare eorũ dicta, & hæc est illa præ-  
sumptio, quam faciunt scilicet adminiculati-  
ua, non autem, quæ transferat onus probandi  
in aduersarium, tamen hoc D. Iulio sufficere  
debet concurrente vltimo teste de visu loquen-  
te, & illum dicti testes de auditu simul vniti  
coadiuuent & adminiculentur.

22 Tantoque magis id dici debet: quoniam  
Marfil. sing. 371. rectius referens Archid. q̄ tes-  
tis de auditu licet non probet, facit tamen  
qualem præsumptionem, subdit, prodesse ha-  
bere pro se istam qualem præsumptionem:  
quia si probationes essent pares ab vtraq; par-  
te, ille obtineret, qui haberet istam qualem  
præsumptionem pro se, vt per glo. communi-  
ter receptam in l. si duo patroni. in prin. ff. de  
iureiur. cum simil. per eum. Fortius ergo dici  
debet in casu nostro, vbi de vita Io. Bap. stant  
dicti testes & ille, sed de morte nullus.

23 Non omitto quoque vnum aliquid circa  
duos illos testes de auditu, quod eleganter tra-  
dit Crau. in trac. de antiq. temp. 1. parte num-  
308. qui mordendo referentes Archid. in d. c.  
hoc videtur, q̄ testes de auditu transferant  
onus probandi in aduersarium: quia tale di-  
ctum continet iniquitatem, si sic simpliciter  
intelligatur; quia si personæ à quibus audiuerunt,  
viuunt, & possunt examinari, præsumptio  
& suspitio oritur contra partem, quæ produxit  
tales testes de auditu, cur non eos produxerit,  
qui verisimiliter facti veritatem magis intelle-  
xerant, tandem concludit istud dictũ Archid.  
sic ab aliis relatum debere intelligi mortuis  
auctoribus testium, id est personis à quibus tes-  
tes audiuerunt. Hoc enim casu nostro deser-  
uit, nam testes prædicti dicunt audiuisse de vi-  
ta Io. Bap. & visu illius Romæ ab olim Alex. &  
magistro Andrea patruo primi testis, de cuius  
morte producta est fides monasterii fratrum  
sancti Nicolai, vbi sepultus fuit, cui standum  
est ex reformatione vigesima, ideo cum non  
possint, neque potuerint examinari dicti Ale-  
xander & Andreas à quibus sic dici dicti testes  
audiuerunt, vtique per eos debet transferri  
dictum onus probandi contrarium in aduer-  
sarium, videlicet quòd Io. Baptista decesserit,  
quod factum non fuit.

24 Vltimò dubitatur, ex quo Io. Baptista nõ  
comparuit, nec aliquis pro eo infra triginta  
dies post condemnationem factam de stare  
suo, nunc amplius audiri non posse contra  
Franchos, vt habetur in statuto. Infra quantũ  
tempus &c. in prin. iuncto vers. Elapsò verò  
dicto termino. Cui motiuo facilliter respõde-  
tur, q̄ quòd cum tempore confiscationis bo-  
norum D. Iulii minor esset dictus Io. Baptista,  
dictum



dictum statutum in personam loquens ibi. quilibet qui diceret &c. & ibi. nullumque regrefum dicti actores &c. non comprehendit eum nec illi nocet. ut tradit D. Ziliolus de Crema inter conf. Bal. conf. 135. articulus siue casus col. 3. nu. 6. uol. 3. in nouis, cui D. Philippus de Caffolis & Bal. se subscriperunt, sic limitantes tex. in l. sine herede. S. Lucius. ff. de adm. tut. 26 ¶ de mente Bar. in suo summano, quatenus dicit, qd consuetudo, quæ respicit rem, sicut ligat maiores, ita & minores, sensu enim secus, si personam respiciat, ut postmodum clarè dixerunt præfati Doctores, quos refert & sequitur etiam Soc. conf. 124. nu. 3. uol. 3. quod autem minor esset d. Io. Baptista tempore dictæ publicationis bonorum deprehendi potest cõferendos simul, tempora contractu, quos fecit cū D. Iulio antequam hinc abiret, quibus erat minor annis 14. maior tamè 12. ut in eis dicitur discurrendo usque ad publicationem, quæ post septem annos, uel circa sequuta est, & de hoc clarior fides fiet à D. Iulio per scripturas. Secundò respondetur, dato qd etiam dictu statutum comprehenderet minores, uelut inducens illam præscriptionem 30. dierum contra non comparentes loco præscriptionis 30. annorum, ¶ quæ de iure communi currit minoribus. l. sicut. C. de præscrip. 30. ann. ut declarat optimè Bal. in c. 1. S. porrò qualiter feud. poter. alien. & Bal. in trac. de præscrip. in 6. & 28 ultima parte sub nu. 43. ¶ saltem negari non posset ipsi Io. Baptiste restitutionem in integrum competere aduersus d. præscriptionem decursam, iuxta not. per glo. in c. 2. S. præterea si quis. de prohi. feud. alie. per Feder. quam sequuntur ibi Beluif. Aluar. & Petr. de Ceruia. Dec. in consil. 536. col. fin. & latè Paris. conf. 66. nu. 114. uol. 3. prout quod petita fuit quatenus, opus sit, & ad omnem bonum finem. Et ex his remanent (meo iudicio) satis sufficienter soluta singula dubia subtiliter more solito per excellen. Do. meum proposita, sic ut ad fauorem dicti Io. Baptiste sit iudicandū.

Hippolytus Rimin. Ferrar.

Pro D. Petro de Ciuitalibus.

ARGUMENTVM.

De materia testium quando non probent egregiè ponuntur plura.

SYMMARIVM.

- 1 Testes duo quod plene probant.
- 2 Testes domestici admittuntur si sunt honesta uita & fama.
- 3 Nisi iudicia specialiter sint aduersus eos. 17.
- 4 Nobilitas & bona fama inducentis auget fidem testium.

- 5 Alio in contrarium non apparente. 18.
- 6 Falsitas colligitur ex coniecturis.
- 7 Præsumptiones duæ sufficiunt ad plenam probationem in crimine falsi.
- 8 Suspicio falsi habetur pro falsitate quando ciuili-ter agitur.
- 9 Et ex tempore colligitur. 8.
- 10 Beroarius testis ad defensam admittitur.
- 11 Distans à uerisimili dicitur falsitatis imago.
- 12 Testis probat contra producentem.
- 13 Promittens alium conseruare tenetur eum defendere. Et ad omne damnatum & interesse. 13.
- 14 Verba cum effectu summi debent.
- 15 Voluntatis mutatio non præsumitur.
- 16 Testibus suspectis de falso fides non est adhibenda.
- 17 Præsumptiones plures unam superant.
- 18 Testes inhabiles non admittuntur ubi potuerunt alij interuenire.
- 19 Immo probari debet deficientia aliorum ut admittantur. 21.
- 20 Nec sine tortura admittuntur. 22.
- 21 Solumq; qualemqualem faciunt probationem ubi admittuntur. 23.
- 22 Iuramentum suppletorium non desertur in causa magna.
- 23 Testes blasphematores & Isosores non admittuntur.
- 24 Testes qui patiuntur plures defectus non admittuntur etiam in subsidium.
- 25 Testis conuictus de falso in uno in totum reputatur falsus propter iuramentum quod est indiuiduum.

CONSILIUM CLXXXIII.

Auxilium meum à Domino.

**D**OMINVS Bartholomeus Prosper agit aduersus D. Petrum de Ciuitalibus de Massa Lombardorum ad certam summam pecuniarum sibi promissam per eum pro tenendo D. Cesarem filium suum occultu post proclama, in qua fuit condemnatus d. Prosper. Et uidetur prima consideratione Prosperi intentionem suam probare per duos testes, Paiollum scilicet & Bragallinum, qui cordes dicunt mane sequenti diem rixæ, quæ fuit inter Ciuitales & Fabros D. Petrum in arce & cameris Prosperi post secretum sermonem inter eos se testes vocasse, dixisseque siglioli siate testimonij che io prometto qui al S. Bartholomeo Prospero de starli dinanzi de ogni suo danno, interesse, & de tutto quello che l' potesse patire per conto de saluare mio sigliolo ipsumque Prosperum testibus eisdem dixisse io accetto tutto quello che dice, & promisit filium saluare, ¶ hæc enim promissio per duos testes d. plenè probata. l. ubi numerus. ff. de testi. & licet pponat eos fuisse domesticos & familiares Prosperi, quibus fides adhi-

- 3 adhibenda non esset. l. 2. C. de testi. ¶ tamen quia probata fuit honesta uita, & fama eorum uidentur admittendi. c. in literis. & ibi glo. Innocen. & alii de testi. Bal. in d. l. 2. Roma. conf. 7. post nu. 4. & conf. 420. And. Sicul. conf. 54. col. 9. vers. & si quispiam vol. 1. conf. 3. col. 12. vers. quo casu. uol. 2. Ruin. conf. 92. nu. 3. uol. 1. Marfil. sing. 5. & in practi. crim. S. principium nu. 10. in l. 1. S. ad questionem. nu. 7. ff. de questionibus. & cõf. 68. nu. 23. Steph. Aufre. in trac. de reprobatio. testi. in uers. famulus. Orat. Madof. in apostil. Rom. d. conf. 420. Crot. in trac. de testi. nu. 125. & in addit. ad eum Petr. de Moncada, Orian. in eod. trac. nu. 64. cum simi. ¶ & quia probata fuit nobilitas, & bona uita, & fama Prosperi tam in non petendo indebitum quam in non inducendo testes ad dicendum quid, cui præsentens non fuissent, quæ qualitas inducentis auget fidem testis domestici, ut in nobili domino concludit Bal. in d. l. 2. ¶ Item quia uerisimile uidetur alios testes admitti nõ debuisse dictis uerbis præter illos duos amicos partiu, ne reuelaretur occultatio D. Cesaris, ut dicunt plures testes, demumque quia dicta promissio facta fuit intus domi in illis cameris, ubi uerisimiliter alii non potuerunt interuenire, merito debent admitti. l. consensu. cū ibi nota. C. de repud. & in c. 3. loco de proba. At in oppositum pro Do. Petro plures præsumptiones ac suspensiones urgent contra dictos testes, ex quibus nullam fidem facere debent, ¶ nam falsitas præsumitur & colligitur ex coniecturis, cum sit difficilis probationis, ut inquit Marfil. cõf. 27. nu. 8. Iaf. conf. 168. nu. 11. uol. 4. Crau. conf. 135. nu. 39. Ceph. conf. 287. nu. 5. Ferrantes Gargiarius conf. 122. nu. 11. 6 primo Tomo crimina. ¶ Imò dico quod etiam duæ solum præsumptiones sufficiunt ad plenam probationem in crimine falsitatis, ut tradit Ioan. de Anan. conf. 49. Crau. conf. 133. nu. 39. quos sequor in conf. 128. in princ. Tomo primo secundæ editionis criminalium, & nūc addo Ceph. in d. conf. 287. nu. 40. ¶ Et cū ciui liter agatur in presenti causa suspitio falsi debet pro falsitate reputari, ut notat Archidia. & Domin. in c. in memoria. 19. distinct. Alex. conf. 77. uol. 1. Dec. conf. 189. col. 1. cū simi. à me cumulatis loco citato, quibus nunc addo Rui. conf. 35. nu. 9. uol. 4. Henric. Boic. in c. ad falsarium, de crimi. fals. Ferrant. Gargiarius conf. 126. nu. 13. in dicto primo Tomo. & Nattam conf. 633. nu. 9. & copiosè decif. 117. col. 3. Senatus Pedemontani. 8 ¶ Prima est suspitio: quoniam dicti testes deponunt illam promissionem fuisse factam de mane ante prandium per unam horam cum dimidia, prout signanter Paiollus dicit, & Bragallinus e confirmat, dicens che Paiolo tornò à finire de vestirsi quod arguit ante prandiu id fuisse, & tamen quartus testis D. Petri deponit die rixæ in uesperis fuisse factum præceptum D.

Petro, ne domum exiret, eumque mane sequenti conduxisse in carcerem nec aliquem potuisset loqui cum eo, cum clauem teneret, nec inde fuisse liberatum, nisi tandem quod prorsus fuerat ipse testis, ergo quomodo fieri potest, qd Do. Petrus loquutus fuerit cum Prospero, si fuit in carcere, certè nullo modo, ¶ & licet Beroarius sit, tamen ad defensam debet admitti, sicut & pro Potestate in sindicatu à quo prius recesserat, admittit, ut dicit Bal. Salyc. & alii in l. 2. C. de testi. Oria. ¶ in trac. de testi. sub n. 64. Secunda suboritur inde suspitio, nam clarum est, quod dicta uerba non fuerunt ante carcerem, sed nec uerisimile uidetur ea post exitum carceris contigisse, quod D. Petrus nondum plenè liberatus, sed habens totam arcem pro carcere sub fideiussore scutorum mille de non discedendo, fuisset ausus quid moliri contra proclama, prout erat in occultando filio, nã de reo leuiter suspecto, quia tanquam pater forte sciret, ubi filius esset, fecisset se clarum, & manifestum, qui sciret illum esse in cameris Prosperi, & in arce Illustrissimi D. Marchionis & eum non modo non reuelaret, sed occultare conaretur contra tenorem proclamatis. Vnde dicti testes de dicta promissione non uerisimiliter ex causa prædicta nonarent suspitione falsitatis, ¶ imò uerò quod longe à uerisimili distat dicitur esse quædam falsitatis imago, ut tradit Bal. in l. 1. col. 3. C. de ser. fug. Dec. conf. 100. col. 4. in fin. Boer. conf. 40. nu. 48. Marfil. conf. 78. nume. 28. conf. 85. nu. 6. Natta conf. 443. in fin. 11 ¶ Tertia præsumptio falsitatis est, quæ desumitur ex dicto D. Hier. Ferrini, qui uelut examinatus productus, & ob id approbatus à Prospero plenè probat aduersus illum, ut tradit Roma. conf. 104. ad fin. Iaf. in rub. col. fin. ff. de iure iur. Iaf. conf. 57. col. 4. uol. 1. Crauet. cõf. 201. nu. 7. Soc. Iun. conf. 69. nu. 12. vol. 1. Paris. conf. 50. nu. 60. uol. 1. inquit enim quod equitante Prospero cum D. Cesare disuadebat ei Prosper, ne se præsentaret Ferrariæ, dicens se io hio futo questo utile, & apiacere, non uogliate dare questo danno à me. ¶ Si enim D. Petrus dum filius erat in cameris Prosperi promississet eum conseruare ab omni damno, non poterat ipse filius se præsentans dare damnnum Prospero, cum pater teneretur eum defendere. Bal. in l. si pro eo. quæst. 12. C. mand. Bar. & Alex. in additio. in l. pater. ff. de dot. preleg. ¶ & ad omne damnnum, & interesse quod pateretur Prospero, cui promissa fuisset indemnitas, ut tradit Bar. & Alex. in addit. in l. quæro. in prin. ff. locat. cum simi. per Paris. conf. 109. col. fin. volum. 1. 14 ¶ Vnde si uerba recipienda sunt cum effectu l. 1. S. hæc autem uerba. ff. quod quisque iur. & ideo capere non uidetur quis id quod aliis est restitutus. l. nõ uidetur. ff. de reg. iur. ita pariter Prosper in effectu non dicebatur pati dānū, quod à D. Petro sibi ueniebat resarciedū, aut

aut pro eo soluendum colligitur ergo per illa verba Prosperi, quod D. Petrus nihil sibi promiserat, & ideo verebatur damnum pati, si D. Cæsar fe presentaret, & diceret se à Prospero fuisse celatum, sicque testes prædicti, qui contrarium deponunt maximè suspecti sunt de falsitate circa promissionem, de qua deponunt.

Quarta quoque succedit suspicio, quæ colligitur ex dicto D. Oliuanti Falameschæ pariter testis Prosperi deponentis cum dixisse domino Cæsari, *ui volete andare à presentarui alla Massa & doue io v'ho fatto piacere, farmi patire, & che all' hora detto miser Cæsare gli rispose, non voglio patiate, se fossero ben per mille scudi tuncque D. Petrus respondit, & dixit non l'intendo già così io, perche io son patrone, & son pouero, & ho due figliole da maritare, & non voglio pagare per nessuno, & illi testi concordat D. Petrus de Fuschinis alius testis ciuitatis quintus in ordine. Hinc enim deprehenditur falsitas allegatæ promissionis prius factæ per eum Prospero; quia mutatio voluntatis non præsumitur. Cum tacitè ff. de proba. Bar. in l. cum hic status. ff. de don. inter uir. & vxor. Alex. consil. 113. nu. 19. vol. 6. & si promississet Prospero, pariter assensisset filio idem promittenti, sicque verisimile est credendum cum sit mercator fidelis & lealis, non solitus litigare, veridicus, & qui quando debet satisfaci nec deficit, ut probant plures testes, ex quibus qualitatibus D. Petrus coadiuuatur ista præsumptio, iuxta nota. per glo. & Bald. in l. si præfidi. C. de don. ante nupt. decisi. Neap. 13. Crau. consil. 129. nu. 6.*

Quinta succedit suspicio falsitatis dictionum testium propter literam Prosperi scriptam D. Petro, de qua in processu, scribit. n. hæc verba *miser Pietro carissimo ho addimandato al mio Auocato parere, il quale dice per cosa certa, che ogni volta che si confessasse che fosse stato quella notte in casa mia miser Cæsare, io castarei nella pena della grida, oltra che io perderei la gratia del Principe, si che vi voglio pregare di volere con qualche altro modo vedere, che venghi à praticare senza di nominare me, hauend'io à patire così fatto danno* demonstrant enim planè dicta verba, q. D. Petrus nullam promissionem sibi fecerat, si tantum timebat, & in specie in poenam proclamatis incidere; quoniam stante promissione D. Petri ipse, non Prosper eam soluisset in effectus; sed quia verè D. Petrus eam non fecerat, tamen dolebat, rogabat & instabat Prosper, ne D. Cæsar eum nominaret, qui eum occultum tenuisset.

Et ex prædictis ita tenendo cessant contraria. Primoque quod duo testes memorati probent dictam promissionem, quæ nam verum esset, si falsi non essent, aut de falso suspecti: quia eo stante fides eis non est adhibenda, ut tradit Io. de Ana. consil. 49. & Cra. cõf. 133. nu. 39.

17. Secundò nil releuat bona vita & fama eorum in genere probata, quia non tollit inditia specialiter ex aduerso probata super eorum

falsitate circa promissionem D. Petri per eo depositam, prout singulariter voluit Innocent in c. auditis. de præscriptio. Bal. in l. siue possi detis. col. 2. C. de probatio. Alex. consil. 77. vol. 1. colum. 4. Roiman. consil. 167. in fine. Marfil. consil. 3. nu. 22.

18. Sed & tertio parum facit nobilitas, aut bona vita & fama Prosperi; quia procederet in dubio, nec alio in contrarium apparente; ut enim dicit Bal. in d. l. 2. C. de testi. Episcopi, Abbates & nobiles domini non tenent secum nisi familiares discretos & bonæ opinionis, sed ubi detecta est eorum nequitia, saltem per coniecturas & suspensiones, ut in casu nostro, secus esse debet, quia plures præsumptiones vnâ superant, aut itaque. C. communitia de successio. Crau. consil. 45. nu. 11.

Ad quartum, quod verisimile videatur, illos duos tantum vt amicos adhibitos fuisse, respõdetur, illud prodesse posse, si nihil aliud in contrarium militaret, ut quod essent falsi; quia forte id dici posset, sed constita falsitate corrumpit illa verisimilitudo; quia verè non fuerunt adhibiti, nec illud dictum fuit, quod deponunt.

Ad vltimum, quod verisimile alii nõ potuerunt interuenire, dicitur contrarium patere ex propria confessione Prosperi, qui in constitutis suis dixit inter cetera. *quando gli parlai (intelligendo de D. Petro) già nella Camera vi erano quelli due che vi ho detto.* (scilicet Paiollus & Bragallinus) quæ delli altri che non mi ricordo, ergo patet, nedum alios potuisse interuenire, imò verò interuenisse, quo stante testes aliàs inhabiles non admittuntur, ut per Butr. Fely. & alios in c. tertio loco. de probatio. Ias. in l. cunctos populos. ad fin. C. de sum. Trinit. Paris. consil. 55. col. pen. vol. 4. Imò verò ad hoc vt testes tales admittantur prius probari debet deficietia aliorum testium, aliàs semper pars dicere posset non habere aliam probationem, nec posse alias probationes habere; vt tradit Butr. consil. 24. Quæstio ista dubia. col. fin. Alex. consil. 64. col. fin. vol. 1. Marfil. consil. 80. nu. 62. Gram. consil. 59. nu. 14. quod hic factum non fuit, imò pars confessã fuit contrarium, videlicet Prosper, quod aderant alii, non dicitur ergo culpa carere, qui potuit alios habiles adhibere, & negocium istud honorificè, & secundum veritatem tractare, & per personas ad id conuenientes, vt in casu suo concludit Paris. loco citato.

22. Plus addo, quod in casibus, in quibus testes inhabiles admittuntur, quando veritas aliter probari non potest, tales testes non admittuntur absque tortura, prout dixit glo. & Bal. in l. 3. §. lex Iulia. in vers. pal. ff. de testi. Marfil. consil. 109. nu. 15. Grammat. consil. 45. nu. 22.

23. Insuper admittuntur, non vt plenè probent, sed vt solum faciant talem qualem probationem, vt notat glo. in l. etiam matris. C. de probatio. Butr. consil. 24. Alex. cõf. 64. uol. 1. Marfil. consil.

24. consil. 31. 41. & 80. Grammat. d. consil. 45. sic vt Prospero non sit dandum iuramentum, cum magna sit causa, ubi non deferatur, vt per omnes in l. admonendi. ff. de iurciur.

25. Postremò, dicti duo testes nedum sunt doctissimi Prosperi, sed etiam blasphematores, & iutores, qui repelluntur à testimonio, ut per Alex. consil. 152. col. 4. uol. 5. Dec. consil. 163. versiculo 13. opponitur. Grammat. voto 22. col. 2. & alter ex illis bannitus sentetia capitali & licet absolutus, tamen in exilium missus sub poena reincidentia, quibus ita stantibus admitti non debent, dato quod effemus in casu quo veritas aliter haberi non potest;

26. quia non admittuntur eo casu testes, qui patiuntur plures defectus, vt voluit Socin. consil. 118. col. 5. uolum. 1. Barb. consil. 75. uolum. 4. Marfil. consil. 102. nume. 12. Grammat. consil. 45. nume. 23.

Quare patet multis respectibus dictos testes non probare, tantoque magis quod ex alio conuincuntur de falso; quia uerbis (vt dicunt) prolatis inter D. Petrum & Prosperum super allegata promissione dicunt, nullos alios fuisse presentes præter ipsos duos testes, & tamen Prosper fatetur alios fuisse presentes in dictis cameris tempore dictionum uerborum, in totum falsi propter iuramentum, quod est indiuiduum. Bart. Bald. & Salyc. in l. si ex falsis. C. de transact. Bald. in l. certi conditio. §. quoniam. colum. penul. ff. si cert. pet. Craue. consilio 31. nume. 35. & consil. 70. nume. 8. & ita dominus Petrus omnino de iure absoluedus venit.

Hippolytus Rimi. Ferrar.

Pro magnifico Equite Do. Alexandro Flascho.

ARGUMENTVM.

De capitulis dolum verum concernentibus non admittendis. Et qualis ille sit, qualis præsumptus, quoque modo cognoscantur & differant optime declaratur.

SVMARIVM.

1. Dolus manifestus declaratur ex indicij manifestis. & latius. 9.
2. Præsumptus verò ex indicij omnino non concludentibus nec manifestis. 3.
3. Doli veri exemplum, dare vinum album mixtum rubeo pro aqua ad potandum ut quis inebrietur. Et qui consistit in faciendo. 22.
4. Doli præsumpti exemplum, non restituere nec soluere quod quis scit se debere & potest, vel iudicis præcepto non parere. 5.

- Et omittere quid sine causa quod fieri debebat. 6.
- Vt in tutore inuentarium omittere. 19.
- Non administrans non impeditus. 20.
- Depositarius in deposito negligens. 21.
- Minor omittere quod debet in dolo videtur. 7.
- Tamen restituitur in integrum. 8.
- Secus serocatus dixit nolo venire. 9.
- Dolus præsumptus indirecè probatur. 10.
- Persuades alteri vt donec alicui de dolo teneatur. 12.
- Vel ut filiam desponset sub promissione quod eam heredem faciet. 12.
- Dolus ex proposito dicitur verus. 13.
- Dolus re ipsa causatur ex enormissima lesione. Et dolo ex proposito æquiparatur. 15.
- Vnde dolus ex proposito appellatur stante dicta lesione. 16.
- Capitula qua respectu doli veri non sunt admittenda nec respectu doli re ipsa debent admitti. 17.
- Dolus arguitur nedum re ipsa sed etiam ex proposito ex excessiva & immoderata lesione. 18.
- Dolus præsumptus consistit in omittendo, verus in faciendo. 22.
- Primus secundo lenior est. 23.
- Donatio reuocatur ipso iure propter naturam filiorum. 24.
- Faciens scienter contra legem dicitur in dolo vero. 26.
- Dolus verus arguitur ex tractatibus, colloquijs & consilijs præambulis. 30.
- Cuius exemplum datur. 28.
- Gabella fraus euitanda causa quomodo probetur. 28.
- Præsumptiones ex dictis ante a iure suis approbata. Dolus, verus ex illis inducitur. 30.

CONSILIVM CLXXXIII.

Auxilium meum a Domino.

**R**OSTQVAM relatum fuit donationi ac compositioni inter dominum Hieronymum Salam & Magnificum Equitem dominum Alexandrum Flaschum emanatam ob stare exceptionem rei iudicatæ respectu fraudis, & veri doli, produxit domina Blanca asserta filia dicti domini Herculis capitula quædam, qua tendunt ad probandum verum dolum & ob id admitti non debent stante dicta relatione, cuius contrarium ipsa prætendit, & pro ea deseruire uidetur doctrina Bar. in l. quod Nerua. 4. quæst. ff. de pos. ubi declarando dolum verum & præsumptum dicit, quod quædam sunt indicia manifesta, & illa probata inducunt dolum manifestum, & sic verum. l. dolum. C. de dol. iuncta gloss. nam cum dicat ibi text. dolum ex indicijs perspicuis probari conuenit, quod dat exemplum gloss. in Hispanis, qui secum ad prandium quandam inuitauerunt, vt fideiuberet pro eis, uel rationes suas accommodaret, & dabant ei vinum album quasi aquam rubeo Hippol. Rimi. T. Secundus. Bb mix-

3 mixtum, ut sic inebriaretur, † Quædam verò sunt indicia, seu præsumptiones non ita manifeste, nec omnino dolum concludentes, & ista non inducunt de necessitate dolum, sed præsumptiuè, † exemplum, si quis non vult restituere, vel soluere illud quod potest, & etiam scit, vel scire debet se restituere, vel soluere debere, hic est dolum præsumptus. l. si procurator. §. dolo. l. dolo. ff. mand. † vel si iudicis præcepto non pareat. l. non potest dolo. ff. de reg. iur. quæ quidem exempla ponit Alex. consil. 103. col. 6. uol. 1. sequutus Bar. de quo supra, & cum prædictis etiam concordat pulcherimè Natta consil. 17. col. 2. † ubi declarant, quòd dolum præsumptus dicitur ubi quid quod fieri debuit omittitur sine iusta causa. d. l. dolo. & d. §. dolo. citatque Bartolum, Angelum & Castrensem. in l. ubi. in prin. ff. de eden. & in d. l. quod Nerua. 4. quaest. Baldum in l. quæ fortuitis. col. 2. C. de pign. acti. & Saly. in l. si cum nulla. eo. tit. † Vnde subdit Natta, dato quòd minor habeat scientiam eius quod facere debet & id omittat, tamen restituitur, quia versari dicitur in dolo præsumpto non autem manifesto. † hincque si minor citatur personaliter ut compareat coram iudice & non comparet, licet id dolo se facere videatur. l. non videtur. ff. de reg. iur. tamen contra talem dolum præsumptum restituitur, quia non dicitur esse in vera contumacia. l. minor etiam si quasi. ff. de minor. † secus autem si responderet vocatus a iudice nolo venire; quia diceretur esse in vera contumacia seu vero dolo, ita dicunt Ang. & Castr. in l. 1. §. fin. ff. de eden. Bart. in d. l. minor. & est communis opi. & per Alex. in d. l. ubi. vnde patet quantum differat dolum præsumptus a vero, prout pariter eos differre ponit D. meus Rimi. consil. 258. nu. 15. ubi dicit, dolum euidentem & manifestum differre a præsumpto, licet etiam dolum manifestus ex indicis probetur. l. dolum. C. de dol. vnde in dolo uero & manifesto requiruntur indicia manifesta, ex quibus de necessitate causetur dolum, ubi verò quomodo possit interpretari in bonum, licet etiam in malum possent capi, tunc ex eis non causetur dolum euidentem & manifestum sed præsumptus. idemque dicit strictius Menoch. de arbitra. iud. libr. 2. Centur. 2. casu 194. numero 35. At quòd Flaschus experimento sui iudicare possit quales sint secum negociantes, quòd teneret dominum Herculem pro persona minus boni iudicii, & qui se suaque regere nesciret, aut accommodare, nec emere, uendere, aut aliter contrahere tanquam prudens, & cum eo Do. Hercules non haberet amicitiam seu talem, & ei donare deberet, ut fecit, & id genus, non concludunt de necessitate dolum verum Flaschi: quia potuerunt hæc occurrere sine dolo uero, licet ex illis præsumi possit, qui per relationem non excluditur, ergo capitula sunt admittenda, † & hoc est, quod voluit di-

cere Bal. in l. si constante. §. si maritus. in fin. ff. solu. mati. quòd interdum dolum præsumptus præsumptiuè probetur per coniecturas, & indicia, quæ non sunt probationes directæ, sed inflexæ, & referentes per modum, nam probationes quæ sunt ex capitulis erunt indirectæ, & inflexæ, merito nascetur inde dolum præsumptus præsumptiuè probatus.

In cõtrarium verò pro magnifico Flascho facit in primis † tex. in l. cum quis persuaserit. ff. de dol. ubi dicitur, quod si quis persuaserit familiæ meæ, ut de possessione recedat, actio de dolo malo in eum competit, eumque tex. not. Bart. ubi quòd contra persuadentē fugā datur actio de dolo ad interesse, isque dolum dicitur esse dolum ex proposito, sicque verus, ut in terminis nostris tradit Crau. consil. 192. nu. 12. † ubi dicitur ex persuasionibus alicuius, nomine partis aduersæ factis minori, ut ei donaret, induci dolum ex proposito, at in capitulis cõtinetur, quod Flaschus adhibuit fratrem Io. Baptistam a Ponte pro mediatore ad tractandum donationem, eamque concludendum nomine suo cum domino Hercule, ergo tendunt ad probandum dolum ex proposito dicti Flaschi, qui persuasionibus dicti fratris usus est, ut induceret D. Herculem ad sibi donandum, † Et hoc idem probatur auctoritate Decii in l. pactum quod dotali. col. 3. C. de pact. quæ sequitur Crau. d. consil. 192. sub. nu. 14. qui dicit, quod si gener inductus est ad desponsandum filiæ socii suadentis & promittentis, & eam heredem faceret, potest gener agere de dolo, si fides ei non seruetur, si filiam duxit minori dote, quam cum alia fuisset cõtracturus. Vnde patet ex talibus suasionibus argui dolum ex proposito, aliàs non cõpeteret actio de dolo, prout ponderat Crau. hic autè dolum ex proposito sine dubio dicitur esse proprius & verus dolum, si diffinitione Labeonis inspiciamus in l. 1. §. dolum. ff. de dolo. ubi dolum malum diffinit, esse omnem caliditatem, fallaciã machinationem ad circumueniendū fallendum, decipiendum alterum adhibitam.

Secundò continent dicta capitula valorem bonorum de quibus agitur, non excedentem lib. decem seu vigniti mille, prout asserbat dominus Flaschus, cum tamen soluerit domino Herculi tantum scutos ducentum, & quasdam pecunias soluere promiserit non excedentes scutos mille, ut ex instrumento donationis & compositionis patet, † Quare continent dicta capitula dolum re ipsa dicti Flaschi, qui causatur ex enormissima læsione domini Herculis, & qui æquiparatur dolo ex proposito. l. si quis cum aliter. & ibi nota. ff. de verb. oblig. l. 1. in fin. ff. de excep. dol. Calder. consil. 8. de iureiuran. Abb. in c. cum contingat. eod. tit. Roman. consil. 54. & consil. 90. Corn. consil. 258. colum. 5. uolum. 4. cum simil. per Crotum consil. 120. numero 22. latè Dec. consil. 108. numero 7. Bero. consil. 37. num.

num. 30. consil. 49. num. 10. vol. 1. Rolan. à Valle consil. 7. nu. 44. vol. 3. D. meus Rimi. consil. 39. num. 14. † Vnde quidam dolum ex proposito appellat, quando læsio causatur excessiua ultra dimidiam, & sic quando dolum contingit re ipsa, ut Corn. consil. 236. col. si. consil. 258. col. 5. & consil. 283. col. 4. vol. 4. Crau. consil. 29. num. 5. & consil. 242. num. 22. † Quare cum capitula non sint admittenda respectu doli veri, nec admitti debet respectu doli re ipsa, qui illi æquiparatur. l. si quis seruo. in fin. ubi glo. Bar. & alii C. de seruis fug. & in l. Marcellus. ff. ad Trebel. † tantoque magis quia per excessiuam & immoderatam læsionem nedum arguitur dolum re ipsa, sed etiam dolum ex proposito. l. si superstitire. in fin. C. de dol. Barto. in l. si societatem. §. arbitrorum. columna 7. versiculo sed potest probari. ff. pro soc. Bald. in cap. primo. §. item sacramenta. de pace iur. firm. Corn. consil. 111. numero quinto, volumine tertio. Calcan. consil. 24. colum. 16. Ruin. consil. 135. numero 13. consil. 170. num. 19. volum. primo, consil. 60. num. 19. & 22. volum. 3. Socin. consil. 263. numero 2. & 7. volum. secundo. Socin. Jun. consil. 48. nu. 48. volumine primo. Crau. consil. 7. num. 5. consil. 142. num. 21. consil. 192. num. 3. Alba. consilio 81. numero 49. Cephal. consilio 210. numero 81. Portius Imolens. in communibus opinio. libro 4. conclus. 8. ver. aduertendum. † Tertio cõsiderandum est, quòd dolum præsumptus consistit in omittendo, ut de tutore, qui non facit inuentarium, nam præsumitur in dolo. l. tutor qui repertorium. & ibi Barto. columna secunda. ff. de administ. tut. † vel qui, scilicet de decreto, nec impeditus non admittitur. † vel depositarius, qui in deposito non præstat eam diligentiam, quam in suis rebus, ut tradit Castr. in l. dolum. C. de dolo. sicque dat exempla Natta consil. 17. col. 2. quæ consistunt in omittendo, loquens de dolo præsumpto, & de primo exemplo Rolan. à Valle in tract. de confect. inuenta. quaest. 38. num. 5. iuncto summa-rio. † Dolum verò verus consistit in faciendo, ut ibi patet exemplum relatum ab Hispanis, qui dabant vinum album rubeo mixtum, velut aquam. † Primusque secundum leuior est, iuxta glo. in l. si mora. ff. solut. matrim. declarat Dec. consilio 178. columna tertia, consilio 192. columna secunda & tertia, consil. 414. colum. fin. At ista capitula, quæ de Flascho loquuntur, cõtinēt multa, quæ in faciendo consistunt, ut quòd sciret facere iudicium eorum, cum quibus negociabatur, quòd teneret dominum Herculem pro persona minus recti iudicii, qui nesciret se, suaque regere, emere, vendere, & aliter contrahere tanquam prudens, & consultauit donationem cum Siluestro, de ista sæpius loquutus fuit cum fratre Ioan. Baptista a Ponte, eum adhibuit pro mediatore ad tractandum & concludendum donationem cum D. Hercule, merito

patet, quòd tendunt dicta capitula ad probandum verum dolum dicti Flaschi.

Quartò cõtinēt etiam dicta capitula, quòd Flaschus dubitans. D. Annam uxorem D. Herculis esse pregnantem, sicque natiuitate filii donationem sibi factam reuocari posse, ob id fecit compositionem cum D. Hercule, quæ capitula pariter tendunt ad arguendum dolum verum, † nam cum ipso iure per natiuitatem filiorum reuocetur donatio. l. si vnquam. in ver. reuertatur. C. de reuoc. dona. ubi glo. Bar. Bal. Faber Ang. Saly. & alii perique quos cumulat Tiraq. ubi nu. 1. † si Flaschus sciuisset aut dubitasset de dicta cõceptione fecisset rem prohibitam, volens impedire reuocationem donationis ex legis dispositione mediante noua cõpositione. l. non dubium. cum ibi not. C. de leg. 1. §. sicque; fuisset in dolo uero faciendo scienter rem prohibitam, Alex. consil. 103. col. 1. vol. 1. Crau. consil. 193. nu. 2. merito dicta capitula, quæ ad id tendunt, admitti non debent.

Quintò proponitur in dictis capitulis, quod ante donationem non aderat amicitia inter Flaschum & D. Herculem, ut ille donaret Flascho, prout fecit. Item quòd Flaschus de donatione prædicta cum pluribus loquutus fuit, priusquam D. Hercules ei donaret, eamque cõsultauit cum Doctore Siluestro, sæpiusque cum fratre Io. Baptista a Ponte, quem adhibuit ad eam tractandam, demumque quod Flaschus consultus fuit ad faciendum cõpositionem cum domino Hercule propter dubium parius cõcepti, cuius natiuitate donatio reuocaretur, † ex his enim capitulis in quibus proponuntur tractatus, colloquia, & consilia emanata ante donationem, & pariter ante cõpositionem dolum verum arguitur, & quod dolo se deuentum fuerit ex parte Flaschi ad donationem & compositionem prædictam sequendo tractatus præambulos, ut est glo. notab. in l. 2. in prin. quam Bart. Ang. & omnes commendant. ff. de dol. except. † Vnde Crau. consil. 115. num. 6. dicit, quòd si qui verba fecerint de solutione gabellæ in aliquo loco priusquam ad eum venirent, tractaueruntque de modo eam euitandi, ex dicto tractatu arguitur dolum, quòd dolo se pedagiū non soluerint, sequendo tractatum prædictum. Nec dici debet hunc esse dolum præsumptum tantum, non autem verum, quonia glo. in d. l. 2. se fundat in l. si seruis plurium. in fin. ff. de leg. 1. ubi lex inducit presumptionem ex præcedentibus, quid testator senserit in sequentibus, & ex l. Titia. §. 1. ff. de verb. oblig. ubi ex præstationibus contrahentium lex inducit presumptionem, quid partes egerint in contractu. † Cum enim tales presumptiones, quæ sumuntur ex tractatibus, colloquiis & consiliis præambulis sint à iure approbatæ, dicuntur manifestæ. l. cum proponeretur, & ibi Bal. ff. de leg. secundo. l. licet Imperator, & ibi Bald. Castrenf. Flor. Alexand. & las. ff. de leg. primo, † merito dolum manifestum

& sic uerus ex illis inducitur, ut per Bar. in d. l. quod Nerua. 4. quæst. dum dicit, quod quædam sunt indicia manifesta, & ista probata inducunt dolum manifestum. l. dolum. C. de dol. Quare patet dicta capitula nullatenus esse admittenda.

Et ita tenendo non obstant contraria, quia non versatur in secundo capite de strinç Bar. eo loco sed in primo propter præsumptiones manifestas deductas necum latentes commixtas in prædictis capitulis.

Hippolytus Rimin. Ferrar.

Pro D. Io. Baptista Dondino

ARGUMENTVM.

De notario confesso quosdam errores hæreticales & ad S. Romanam ecclesiam reuerso, nunquid officium tabellionatus ad Bancum iuris exercere possit.

SUMMARYM.

- 1 Hæreticus est infamis. Nec absolutus uidetur ad famam restitutus. 5. In quo tamen auctor distinguit. 8. 9.
- 2 Infamis non potest officium tabellionatus exercere, declarando quando. 19.
- 3 Spurius est infamis. Et processus ab eo notario factus irritatur. 4. Quod Marfilus reputat singulare uerbum.
- 6 Idem in casibus in quibus non potest esse testis contra Christianum, nec factus Christianus admittitur. Et Carrerius aliter sentiens. 7. Consuetudo ex distinctione Bartoli. 8. 9.
- 8 Restitutio Imperatoris ad famam restituit. Statuti uero secus quando infamia fuerat irrogata de iure communi. 9. Idemq. multo minus de iudice. 10.
- 11 Notarius condemnatus de falso si abolitionem impetrans non per hoc dicitur habitus ad officium tabellionatus.
- 12 Hæreticus ad fidem reuersus & absolutus ammodo dici non potest hæreticus.
- 13 Hæreticus damnabilis est qui pertinaciter defendit que sunt contra fidem. Secus si paratus est corrigi.
- 14 Bancus ex crimine famoso deinde cancellatus ex banno non remanet infamis & testis esse potest.
- 15 Hæretico correcto & ad fidem reuerso tollitur infamia per legem. 18.
- 16 Hæretico absoluto in foro penitentiali tollitur ut accusari non possit etiam in foro contentioso.
- 17 Notarius infamis ex delicto præter officium suum commissio non remouetur a conscientis instrumentis.

CONSILIVM CLXXXV.

Auxilium meum à Domino.



XORTA fuit difficultas, an ser Io. Baptista Dondinus, qui proponitur aliquando tenuisse quosdam errores hæreticales, postea ad S. Roma. Ecclesiam reuersus & absolutus, possit officium Tabellionatus exercere ad bancum iuris in terra Centi, & aduersus eum facere uidebatur, quod hæretici sunt infames. auth. gazaros. C. de hæretic. ibi omnes hæreticos perpetua damnamus infamia. tradit Alberic. in trac. de testi. S. conf.

- 1 quenter. num. 3. † sed infamis non potest officium Tabellionatus exercere ad bancum iuris, cum tale officium iniungatur ex publico, ut tradit Bar. in l. eadem, nume. 4. ff. ad leg. Iul. re. petund. sequitur Imol. in l. infam. nu. 9. ff. de pub. iud. Bal. in l. Casius. ff. de Senat. Alex. c. 6. 179. examinato processu. col. 2. volu. 2. & Marfil. sing. 273. col. pen. † ubi per hoc inferunt, quod ex quo spurius est infamis, ut not. Azol. in sum. C. ex quib. caus. infam. irrog. col. pen. que refert Bal. in l. 1. C. de iure iur. ann. Ro. c. de Curti. in tract. de consue. num. 27. & Bonus de Curti. in tract. de nobili. par. 4. num. 8. Bal. & Alex. in l. generaliter. S. cum autem. C. de insti. & sub. Card. Alex. in c. r. S. naturales. si de fend. filer. contro. Bal. consi. 373. premittendū est uol. 1. & consi. 207. quæstio talis est. uolum. 2. cum similibus copiose deductis per Tiraquell. in tracta. de nobili. cap. 15. numer. 14.
- 4 † merito si notarius spurius fuerit notarius alius causæ, scripsit processum & fuit rogatus de gestis in causa à partibus & à iudice, & ista fecit ad bancum iuris tamquam notarius banci publici talis processus non ualet, sed corrui, & non facit probationem, quod est profecto singulare uerbum secundum Marfil. quia sic poteris facere corruere infinitos processus factos per notarios spurios ad bancum iuris licet ( subdit Marfil. ) in multis officiis Italiæ plerunq. habuerit unum, & quandoque duos notarios spurios, qui rogabantur de processibus, sed cum partibus tacuit, ne repellendo eos faceret eis iniuriam, dicendo quod essent spurii.
- 5 † Nec sibi quicquam uidetur absolutio prodesse, quasi quod inde dicatur restitutus ad famam, nam cessante causa infamiae non tollitur infamia. glo. iuncto text. in c. constituit. 17. q. 4. quam singularem appellat Roma, singulari. 672. nunc ueniamus ad lucrum panis, eumque uariato nune. citat Marfil. singulari 107. colum. 1. † Unde dicunt, quod iudex in casibus in quibus non potest esse testis contra christianum, pariter factus christianus testis esse non poterit, quia extincta causa infamiae non

non

- 7 non extinguitur infamia, † & licet Careri. in tract. de hæretic. num. 161. in contrarium inclinauerit de hæretico loquens redeunte ad fidem, & absoluto, nam ad honores, dignitates & famam dicitur restitutus. l. 1. & l. fi. C. de sen. ten. pas. ubi Bart. & Bal. † attamen non aduertit ad distinctionem ipsius Bar. in d. l. fi. col. fi. quod si quidem restitutio contingat ab Imperatore, vel Senatu, & tunc fama restituitur, licet infamia esset irrogata de iure communi, ut in dictis iuribus, † aut per statutum quis restituitur ad famam, quando fuerat irrogata infamia de iure communi: quia statutum id facere non potest, sed solus Imperator & Senatus. l. prima, §. penul. ff. de postul. ubi pariter Barr. eandem ponit doctrinam.
- 10 † Quare si per statutum quis ad famam non restituitur, multo minus per sententiam solius Iudicis, ut in casu nostro, in quo infamia fuerat irrogata de iure communi, & sic Carrer. errasse uidetur, ad Bart. dicta non aduertens in locis memoratis.
- 11 † Postremo, uidetur ad hoc decisio Francisci Marci quæstione 303. secunda parte, loquens de notario condemnato de falso, qui impetrauit abolitionem, ut restitueretur ad bonam famam; non enim per hoc censetur habitus ad officium tabellionatus, nec iterum potest creari tabellio, ut ibi latius per eum.
- 12 † At in oppositum pro Dondino prædicto facit, quoniam cum se correxerit, & ad fidem reuersus fuerit absolutus, hæreticus ammodo dici non potuit, nec de presenti potest, glo. est notab. in c. secundo. glo. fin. de sum. Trinit. & in c. hæc est fides. 24. quæst. 1. & est text. in c. dixit Apostolus. 24. quæstione tertia, dicēs, quod qui querunt cauta sollicitudine ueritatem, corrigi parati, cum inuenerint, nequaquam sunt inter hæreticos deputandi, † idemque tradit Ioan. de Anan. in c. excommunicamus. primo de hæretic. numero primo, ubi dicit, quod hæreticus damnabilis est ille qui pertinaciter defendit ea, quæ sunt contra fidem, secus si sit paratus corrigi, per glo. in d. c. 2. & plures alios citat Paris. consi. 11. num. 199. vol. 4. Portius Imolenf. post Theologos quos citat consi. 110. nu. 12. Quare si hæreticus dici non potest, nec inter hæreticos est numerandus, pari modo nec infamis est, aut inter infames connumerandus, ergo sequitur, quod officium tabellionatus ad bancum iuris, & ubique exercere potest.
- 14 † Secundò comprobatur hæc conclusio per doctrinam Iacob. Butrig. quam refert Alberic. in l. iurifurandi. num. 11. C. de testi. & plenius confirmat Alex. consi. 111. omis. vol. 2. in ea quæstione de bânito ex crimine famoso, & deinde cancellato ex banno, an infamis remaneat, nec possit esse testis, inquit enim Butrig. cum infamem non remanere, & ad testimonium admitti posse, nam tollitur infamia per legem nouam, quæ de abolitione, vel cancellatione lo-

quitur, nam lex quæ mandat bannum cancellari, uidetur etiam infamiam tollere, † sic enim dici potest in proposito nostro, quod quam primum qui fuerat hæreticus paratus est corrigi, & se corrigit, & ad fidem reuertitur, tollitur infamia per legem nouam, quæ de tali correctione loquitur, uolens, quod inter hæreticos non sit numerandus. d. cap. dixit Apostolus, merito lex, quæ tollit nomen hæretici, uidetur & infamiam tollere, & ideo dici non potest amplius hæreticus, nec infamis beneficio legis ita disponentis.

16 † Tertio non prætereo, quod fuit absolutus per inquisitionem ab hoc hæresis delicto, in quo cum Deus principaliter offendatur, absolutio facta in foro penitentiali etiam tollit, ut accusari non possit in foro contentioso, ut uoluit Bar. in consi. incip. minister fratrum, quem refert Io. de Ana. in c. fi. de maledi. sub nu. 8. versic. ult. dicit. Dec. consi. 137. col. 2. & Paris. in d. consi. 11. num. 191. vol. 4. merito non debet nunc de infamia accusari.

17 † Ultimo non eundo per mendicata suffragia considero, quod licet etiam remansit infamis; tamen quia non contraxit eam ex delicto commissio in officio, sed præter illud, ideo repellere non debet ab instrumentis conficiendis, & officio suo exercendo, probat in l. si aliquid. C. de succe. & Archa. lib. 10. ubi expresse dicitur, quod non potest exercere officium, in quo deliquit, igitur aliud officium, in quo non deliquit, exercere non prohibetur, & ita per illud tex. declarat in simili casu Barto. in consi. 174. ser Ioannes loquens in notario condemnato de falso testificando, qui non impeditur instrumenta conficere, quia non deliquit ut notarius, sed ut testis, & sic præter officium suum, sequitur Nellus à S. Gemin. in trac. de Bannit. in prima parte secundi temp. quæst. 51. & Iaf. in l. Barbarius. nu. 58. limit. 4. ff. de offic. prætor. Quare sic & in casu nostro dicamus, quod iste notarius cum fuerit hæreticus non dicitur in officio deliquisse, sed extra illud.

18 † Et hanc partem tenendo non obstant contraria, fateor enim infamem non posse exercere officium tabellionis ad bancum iuris, sed nego Dondinum infamem esse stantibus prædictis, & quæ dicebantur de restitutione ad famam inualida per absolutoria iudicis, non officium casui nostro. Nam fama restitutio aliunde profecta est, uidelicet à lege, statim quæ ipse se correxit, & ad fidem rediit. d. c. dixit Apostolus. & absolutoria saltem operatur, ut amplius de infamia molestari non possit, ut postremo dixi. † & ad doctrinam Francisci Marci dici debet, quod loquitur de notario condemnato de delicto commissio in officio, nos autem secus, unde non obstat. Quare sublaris cõtrariis admittendus est ad officium banci iuris.

Hippolytus Rimin. Ferrar.

Pro D. Lucretia à Salle.

ARGUMENTVM.

De muliere dotanda in bonis antecessorum suorum vigore cuiusdam substitutionis licet proponatur eam in corpus suum peccasse. Et quado pluralitas in singularitates resoluatur per pulchrè ponitur.

SVMMARIVM.

- 1 Causa vna deducta & alia probata sententia ferri non potest. Fallit ubi proceditur sola facti veritate inspecta. 22. Sive Index sit ordinarius sine delegatus. 23. 2 Causa delegata restringitur ad petita. 3 Argumentum de personis ad res validum. 4 Filius in sacris constituti dicitur spurius. 6. 5 Spurius unde dicatur. 7 Identitas bonorum probari debet. 8 Filia iussu dotari si omnes filij & eorum descendentes decesserint sine filijs. an quibusdam sic decesserint quibusdam non dotari debeant. Auctor pulchrè tenet & probat quod sic. 24. 39. 9 Verba si non conueniant nec dispositio debet conuenire. 10 Conditione deficiente sub qua dos relicta fuit cessat relicta. 11 Excusio requiritur quando agitur contra tertios possessores. Nisi reus habuerit causam à debitoribus. 39. Aut si non fuit opposita ante litem contestatam. 40. 12 Filia que in corpus suu peccauit exheredari potest. Alimentis & dote priuari. Fallit si postea patrem auerit. 55. Vel penitentiam egerit nubendo. 56. Licet Felinus & Ruinus contra senserint. 57. 58. 13 Nominatio filiationis repetita constituit in quasi possessione filiationis. 14 Infructio vniuersalis facta de aliquo tanquam filio facit presumi eum fuisse talem. 15 Enunciatiua verba iam centum annis probant enunciatum. 16 Vesturas pro lege habetur. Etiam contra tertium in his que sunt difficilis probationis, ut est filiatio. 18. 19 Nominatio in actu soli filio congruens constituit eum in quasi possessione filiationis. Et de ratione. 20. 21 Nominatio & tractatus constituit quem in possessione filiationis. 22. 23 Descendentium appellatione veniunt omnes in infinitum. 24 Fideicommissarius probare debet bona fuisse in dominio testatoris quando agit contra tertios possessores. 25 Genitiuus proprie significat dominium. 26 Instrumenta antiqua probant dominium. 27 Consilium iustitie in causis delegatis procedit sola facti veritate inspecta. 30 Partis debet imputari si non petijt dilaciones super nouo articulo.

- 31 Filius dicitur legitimus et naturalis natus ex duobus coniugibus. 32 Legitimus efficitur legitimus. Et venit appellatione filiorum legitimorum & naturalium. Que sententia communis est. 33. 34 Legitimus excludit substitutionem decedenti sine filijs legitimis & naturalibus. Nec ei dici potest tu es spurius, licet fuisti spurius dici possit. 35 Filia spuria de equitate Canonica ali det & dotari. Etiam si pater id prohiberet. 36. 37 Pluralitas resoluit in singularitates quoties respicit diuersos & separatos effectus. Cuius exemplum ponitur. 38. Et quando militat eadem ratio in singulari. 40. Vel alias resoluatur absurdam. 44. 49. Vel equitas id suadet. 50. 38 Tutor datus à testatore filijs suis debet habere locum in vno tantum filio. 41 Ratio que sola potest allegari pro expressa reputatur Et de casu ad casum porrigitur et in eo procedit. 42. 43 Pluralitas resoluitur in singularitates etiam in conditionibus. 45 Statuti punies producens falsos testes verificatur in producere vnu tantum. Cuius rei ratio ponitur. 46. 46 Delictum non debet impunitum remanere. 47 Substitutio facta si Angelus & omnes eius descendentes instituti decesserint verificatur eis non natis Angelo moriente. 48 Argumentum ab absurdo bonum est. 51 Dotandus unus quibus iniunctum. 54 Hypotheca tacita competit pro dote. Et retrotrahitur. 55. 56 Testimonium de auditu fundatur in privilegio seu iure speciali. Idem q. dici debet in teste de fama. 57. 58 Testes de auditu nominare debent saltem duos à quibus audiuerint. 59 Testes dicentes quod publice dicebatur non probant famam. Sed deponere debent quod à maiore parte populi dicebatur. Et est communis opinio. 60. Nec sufficit dicere quod communiter dicebatur non nominando à quibus diceretur. 61. Ratioq. subiicitur. 62. 63 Testis solus & singularis non probat. 64 Testis socius criminis esse non potest. 65 Filia ut exheredari possit debuit peccasse in corpus suum ante 25. annos. 66 Alimentis & dote filia potest priuari ex illis causis ex quibus potest exheredari. 67 Tempus precise probari debet quando est fundamentum intentionis. 68 Gratitudine secuta ingratiudo præcedens remissa videtur. 72 Filius si patrem percusserit licet egerit penitentiam tamen exheredari potest. 73 Aduocatis contrarijs gratie sunt agenda qui citat. decisiones contrarias clientibus suis.

CON-

CONSILIVM CLXXXVI.

Auxilium meum a Domino.



DOMINA Lucretia à Salle petit se dotari in quibusdā bonis possessis per dominos de Vincentiis, vt antecessorum suorum à Salle, cuius intentio periculosa videtur ex pluribus reddi.

Primò, quia nititur quibusdam codicillis D. Ioannis à Salle, veluti q bona sua fucrint, & tamē in precibus loco petitionis productis de hoc ne verbum quidem, sed de domino Baldassare tantum, cuius fideicommissio dicit bona fuisse subiecta. † Vnde deducta vna causa, & alia probata sententia pro ea ferri non potest. l. habebat. ff. de institor. l. nō possumus. ff. si pars hered. pet. l. Bebius Marcellus. ff. de pact. dotal. c. Abbate. de re iudic. lib. 6. † & cū causa delegata restricta sit ad petita in precibus, non videtur extendi posse ad hanc nouam petitionem. c. P. & G. de offi. deleg. vbi sicut de persona ad personam non fit prerogatio. pariter nec de re ad rem fieri posse debet † sumpto argumento de personis ad res. l. qui furere. & ibi Alberi. & Bal. ff. de stat. hom. Cast. cōf. 214. circa primum quæsitum. in antiq. Bal. in l. vnica. col. 8. C. de confel. cum vulgari. de quibus per Euerard. in suis locis legalibus, in loco de persona ad res. & è contra.

Secundò repugnat huic Domina q. d. Ioannes in codicillis disposuit, q si omnes sui filij, aut eorum liberi masculi, legitimi & naturales deccederent absque filiis masculis legitimis & naturalibus relictis filiabus iussit eas honorificè dotari. At nullibi probatur hanc Dominā fuisse filiam alicuius liberorum dicti testatoris q fuerit legitimus & naturalis, timmo contrarium probatur in breui Apostolico, dicente, q Baldassar erat in sacris constitutus. Vnde Albertus eius filius non potuit esse legitimus & naturalis, sed fuit spurius, tanquā natus ex coitu reprobato. iux. not. per glo. Abb. & alios in c. tanta. qui fil. sine legit. Azo in summa de his qui not. infam. † spurius enim dicitur à duabus primis literis S, & P, idest quasi sine patre scilicet certo vel approbato natus. vt tradit Plutarchus in problematis, & Bermondus Coueroneus in tit. de public. concub. in materia spuriorum. col. 1. † Quare nec Philippus filius Alberti, & huius Domina pater potuit dici legitimus & naturalis velut ex radice infecta prouenies, iux. not. per Odrofr. Cyn. & alios in l. fi. C. de natur. liber. Bal. in l. fin. in fi. C. de verbo. signif. Alex. conf. 174. vol. 5. Capra conf. 136. col. fin. Dec. conf. 85. col. fin.

† Tertio videtur aduersari, quod non probatur, bona fuisse dicti Ioannis tantū, sed aliorum plurium, velut Alberti & Nicolai, prout in tenuta colligitur, nec illa, de quibus agitur,

esse illa, de quibus in tenuta, & tamen clarum est, quod identitas probari debet. Bar. in l. de monstratio. ad fin. ff. de condit. & demonstrat.

Quartò fortius huic dicitur Lucretia verba dictorum codicillorum, quibus dicitur. Si verò omnes filij dicti codicillantis, aut eorum liberi masculi, legitimi & naturales descendentes decesserint absque filiis masculis relictis filiabus iussit ipsas dotari honorificè & c. † quibus ex verbis apparet, q filia liberorum demum dotari debent in defectu omnium filiorum, & liberorum masculorum, secus verò si extēt, vt supponitur plures extare ex Borsio fratre D. Philippi, quia in hūc casum non fuit iussum dotari. l. cum prætor. ff. de iud. † & cum verba non conueniant, nec dispositio conuenire debet. l. 4. §. tories. vbi Bart. & alii. ff. de dam. infect. † & deficiente conditione, sub qua dos relicta fuit, deficere quomodo debet ipsum relictum. l. pecuniam. ff. si cer. pet. l. hæc venditio. ff. de contrahen. empr. cum similibus. per Crau. conf. 93. num. 3. † Quintò non potest hæc Domina experiri contra tertios possessores excusione nō facta. aut hoc si debitor. C. de pignor. Immo nec hypothecaria sibi competit, sed obligatio tantū personalis, que contra tertios possessores exerceri non potest. l. fin. §. fin. ff. de contrah. empr. Barto. & alii in l. 2. ff. de alim. & cib. leg. & in l. Lucius. eodem titu.

† Vltimò supponitur, hanc D. Lucretiam in corpus suum peccasse, quare sicut exheredari potuisset. S. causas. in aut. vt cum de appel. cognosc. & in aut. sed si post. C. de inoff. testam. multo fortius & alimenta & dos sibi possunt denegari, secundū Spec. in tit. qui fil. sint legit. §. pen. vers. Quid si filia peccauit. Bal. in l. fi. C. de dor. promiss. Alex. in l. r. ff. solu. matri. Ruin. conf. 131. vol. 4. & ex istis non videtur hæc mulier obtinere posse in præsentia causa.

Quibus tamen non obstantibus veritas est in contrarium, prout inferius apparebit, vide licet q ista D. Lucretia velut descendēs à filiis, seu liberis masculis D. Ioannis dotari debeat in eius bonis iuxta per eum disposita in suis codicillis, probatur hæc cōclusio. Nam videmus, quod in testamento suo instituit Albertum, Baldassarem & Nicolaum filios suos legitimos & naturales appellando, parique modo in codicillis appellauit filios suos, quos in testamento instituit, & sic dictos Albertum, Baldassarrem & Nicolaum, † que repetita nominatio filiationis constituit eos in quasi possessione filiationis, vt de repetita nominatione cōsanguinitatis declarat Castren. in l. non epistolis. C. de probat. Paleot. nunc Cardinalis amplissimus, Episcopus Bononiæ, & de Sacta Romana Ecclesia benemeritus in tract. de nothis & spur. c. 23. nume. 2. Menoch. de arbitra. iudic. libro secundo, cent. prima. casu 89. nume. 71.

† & quia eos vniuersales hæredes instituit

in testamēto suo, sicut filios suos, per quod præsumitur fuisse tales, nisi probetur contrarium, vt per Butr. in c. per tuas, de proba. & in c. transmissa, qui fil. sint legit. Alex. consi. 88. num. 8. vol. 7. idemque tradit Aret. consi. 37. sequendo ordinem. col. 2. Bald. in c. extranmissa. col. 2. de restit. spoliat. Natta plenius consilio 235. colum. 2.

15 † Concurrat insuper, quatenus ad Baldassarem pertinet, quod in breui Apostolico appellatur natus quondam D. Ioannis à Salle, quæ verba enunciatia iam præter annos centum prolata probant enunciatum, & disponunt Butr. in c. fin. de successio, ab intest. Alex. consi. 71. visis & ponderatis. vol. 4. cū simil. per Ias. Dec. & Dominum meum Riminaldum in l. ex his. C. de testamen. milit. & Cephal. consi. 152. nume. 33. Card. Alban. in lucubrationibus suis ad Bart. in rubr. primæ constit. digestorum. num. 44. & in l. ex facto. ff. de hæred. instit. † Nec immerito, quia vetustas pro lege habetur. l. 2. in princ. ff. de aq. plu. arcen. l. qui luminibus. in princ. ff. de ser. vrb. præd. & est text. solennis in l. fin. ff. de aq. plu. arcen. vbi respondet Scauola, solere eos qui iuri dicendo præsumunt tueri aquæ ductus, quibus auctoritatem vetustas daret, etiam si ius non probaretur, quæ citat Laurent. Kirchof. consi. 5. nu. 16. primo Tomo di-

17 uersorum Germaniæ, † & licet ista conclusio contra tertium dubitabilis reddi videatur, ex nota. per Crau. in trac. de antiq. temp. prima parte nu. 70. Tamen in casu nostro redditur clara, nam quando sumus in antiquis, quorum probatio difficilis est non solum propter ipsam antiquitatem, & lapsum temporis, sed etiam

18 propter qualitatem ipsius facti, † puta in filiatione, cuius probatio difficilis est l. filium. ff. de his qui sunt sui tunc verba enunciatia plenè probant in antiquis etiam contra tertium, ita tradit in terminis Alex. consi. 10. col. 3. in fin. ver. ex his vol. 3. Petr. Rebuff. in trac. suo nomina. vers. Primò fallit. Cra. loco citato nu. 73.

19 † Secundò Albertus inter alios fuit filius Baldassaris, prout sic cum appellat, & ab eo legitimum per sedem Apostolicam, in testamēto suo, quæ nominatio in aëtu solis filius congruente non autem extraneis constituit eum in quasi possessione filiationis, vt tradit Bar. in l. 2. §. idem per contrarium. de liber. agnos. Anchar. in c. si Episcopus. de sentent. excommun. cum simil. per tex. in c. per tuas. nu. 9. de probatio. Alex. in d. consi. 88. col. 3. in fin. Paris. latè consi. 10. nu. 50. & 53. & cōsi. 13. col. 2. vol. 2. Gozad. consi. 12. nume. 13. Paleot. in d. tracta.

20 cap. 23. † ea ratione secundum Doct. quia in tali nominatione quadam concurrunt, ex quibus paternam charitatem elicimus, non enim verbis, sed re ipsa se pater ostendit. Vnde prouenit hæc probatio à re ipsa potius quam à nominatione, sequit Menoch. loco citato. nu. 78.

21 † Tertio animaduerto, quod ex Alberto ge-

niti fuerunt Borsius & Philippus, & ex Philippo D. Lucretia, de qua nunc agitur, & hæc deponunt abundè testes dicentes vidisse dictum Borsium & Philippum simul habitantes in domo cū dicto Alberto, & eos se inuicè tractare, & nominare in parentes & filios, idemque repetunt

22 de Philippo & D. Lucretia, † ex quibus prædicti constituti dicuntur in quasi possessione filiationis, & fundatam intencionem habere contrario non probato, vt cōcludit Bar. in l. 1. §. ad quæstionem. in fi. de quæstio. in l. non nudis. in fi. C. de probat. & in d. §. idem per contrariū latius Alex. consi. 51. viso & discusso. vol. 1. cū simil. per Dec. consi. 54. col. 1. & in d. c. per tuas col. fin. Alex. consi. 88. num. 7. vol. 7. Gozad. consi. 12. nu. 17. consi. 13. nu. 34. Paris. consi. 29. num. 9. vol. 2. Paleot. in d. trac. cap. 22. num. 4. Rube. consi. 16. nu. 16. Alba. cōsi. 83. nu. 21. Menoch. loco citato nu. 69. Quibus ira stantibus apparet verificari verba codicillorū in hac Domina Lucretia, quod sit filia relicta ex descen-

23 dentibus liberis masculis d. Ioannis, † quoniam descendentium appellatione veniunt omnes in infinitū. §. 1. in auth. de hæred. ab intest. Iacob. de Beluis. in auth. de restit. fideicom. in fin. Alex. consi. 118. in fin. vol. 6. Plenè Natta consi. 53. num. 24. & ob id in eius bonis dotanda sit honorificè iuxta per eum disposita.

Superest vt videamus, quæ nam fuerint ista bona, de quibus venit dotanda, pro quo considero primo loco breue Apostolicum vsque de anno 1447. vbi concessum fuit Do. Baldassari sibi assignari aëtualem possessionem omnium, & quorumcumque bonorum quondam Ioannis à Salle sui patris rationib. & causis, de quibus in dicto breui, & inter cætera bona nominantur tres possessiones posite in Villis hospitalis monacorum Bozzolleti & Confandali tanquæ de bonis, quæ fuerunt d. Ioannis, & licet subiciatur & Alberti & Nicolai, illud dicitur: quia fuerunt filii d. Ioannis & ab eo peruenerunt ad eos, itè videmus in diuisione facta inter Albertum, Scipionem & Ioannem filios Baldassaris de anno 1453. contigisse Alberto inter alia possessionem della Croce de s. Pellegrino, de qua prius meminit Baldassar corum pater in testamento suo de anno 1451. & ista sunt eadem bona, quæ ponuntur in lista, in quibus dotari petit hæc Domina Lucretia, & quæ tenta & possessa fuerunt per d. Albertum, & subinde per Borsium & Philippum eius filios, demumq; per Vincentios cōuentos, in quos fuerunt alie nata, prout inter alios deponunt secundus tertius & sextus testes, adeo quod ita discurrendo probatur idèntitas bonorum, de quibus agitur, quod fuerunt quondam Ioannis antiqui.

24 † Et licet agatur contra tertios possessores cum titulo, quo casu probari debet bona fuisse in dominio testatoris, qui fideicommissum fecit, vt per Bald. consil. 4. in causa Basilii. volum. 4. Cast. cōsi. 94. clarè est. in vltimo dubio. vol. 2. quos

quos sic intelligit Natta consi. 400. col. fi. Tamen huic requisito satis dicitur satisfecisse D. Lucretia per illud breue tam antiquum vltra centum annos, in quo dicitur, dicta bona fuisse quondā d. Ioanis, & ad Baldassarem & alios eius filios peruenisse virtute fideicommissi per eum dispositi in suo testamento, & codicillis, 25 † nam ille genitiuus D. Ioannis, propriè & strictè significat dominium, secūdum Bar. & alios vbi Ias. in rub. ff. de oper. no. nunciat. & per dicta verba licet enunciatia cum sumus in antiquis, & probatio domini sit valde difficilis, vt per glo. & doctor. in l. cum res. C. de probatio. Ias. in l. rem. quæ nobis nu. 28. ff. de acquir. pos. dicitur probatum dominium, & contra tertium per ea quæ supra dixi de filiatione post Crau. in trac. de antiq. temp. prima parte. nu. 73. post

26 Alex. & Petrum Rebuff. per eum citatos. † & hoc insuper est regulare, quod in antiquis per instrumenta probatur dominium. Aret. consi. 164. col. pen. Crau. consi. 54. nu. 10. Ruin. consi. 14. nu. 7. vol. 4.

Sola vis est ita tenendo contrariis respondere. Ad primum igitur de petitione dotis in bonis Baldassaris non autem Ioannis, qui Baldassar dotes non reliquit, sed Ioannes breuis est, & clara responsio, † quod cum hæc causa delegata sit Magnifico Consilio Iustitiæ, quod in causis delegatis procedit sola facti veritate inspecta, ex decretis Ducalibus, vt notū est, & testatur eruditus Leonius vnus ex Consiliariis Iustitiæ, nunc verò suis meritis secretus excellentissimi Ducis Ferrariæ in l. 1. §. si quis ita.

28 num. 188. ff. de verbo. oblig. † sequitur, quod vna causa intentata, & alia probata, iudicari potest, & ferri sententia fauorabilis secundū causam probatam, vt per Alex. in l. si ita stipulatus. §. Grifogonus. ff. de verbo. oblig. & consi. 114. col. 2. vol. 6. Soc. consi. 146. col. 6. vers. sed quid plura, & consi. 160. col. pen. Corn. consi. 80. colum. 2. volu. 3. Dec. in c. dilecti. col. 3. de iudic. Crau. consi. 210. col. fin. Marfil. singul. 272. Paris. cōsi. 131. nu. 14. vol. 1. D. meus Riminaldus consi. 571. num. 15. Gram. decif. 103. nu. 141. cū sequent. latius quàm Ioan. Baptista Alinius in sua praxi iudiciorum. §. 3. cap. 16.

29 † Nec est vera replicatio D. Aduocati partis aduersæ, quod Doctores intelligendi sint de iudice, qui sui natura sic procedit, fecus in delegato, quia immo Doctores loquuntur in eo, cui causa sic est commissa, & sic in delegato, vt propriè loquitur Alexan. in d. §. Grifogonus. post Butr. & Deci. in d. c. dilecti, dicens, quod talis commissarius iudicat vt Princeps, vel Deus, si enim commissarius est, ergo delegatus, & quādo loquuntur de vna causa deducta, & alia probata, præsupponunt probatam nullo modo fuisse deductā, nec in petitione, nec in capitulis, nec impetrandum est huic Domine, si non ab initio produxit codicillos dicti Ioannis, quos ignorabat, & quando sciuit, eos produxit & iu-

ridicè, cum iura semper vsque ad sententiam produci possint vigore statuti, quod non possit statui. Sed bene † debet imputari parti, si non fecit suas defensiones, & non petiit dilationes super hoc nouo articulo, vt poterat, per doctrinam Specul. in titu. de actore. §. 1. vers. Quid si postquā. Marfil. in l. si quis nec quæstio. nu. 55. ff. de quæstio. Crau. consi. 74. num. 4.

31 † Ad secundum dicitur, quod immo D. Lucretia fuit filia D. Philippi filii legitimi & naturalis D. Alberti, velut ex eo & D. Benedicta coniugibus nati, vt testes deponunt l. filium diffinimus. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. nec inde desit esse talis, quia natus fuerit ex Alberto spurio, veluti nato ex Baldassare in sacris constituto, & sic ex infecta radice, quia dictus Albertus fuit legitimatus per sedem Apostolicā,

32 ut testatur Baldassar in testamento suo, † sicq; sublato vitio spurietatis remansit naturalis, & factus fuit etiam legitimus per legitimationem, vt per Alex. consi. 2. nu. 8. vol. 1. & appellatione filiorum legitimorum, & naturalium veniunt legitimi ex vi verborum, † & secundū communem opinionem vt notat in l. generaliter. §. cum autem. C. de instit. & substit. Rui. in l. Gallus. §. & quid si tantum. col. pen. ff. de

34 lib. & posthu. † & probatur in ea quæstione, de substituto si quis deceferit sine filii legitimis & naturalibus, qui per legitimum excluditur veluti per filium legitimum, & naturalium, vt per Imol. qui communem testatur, in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Treb. vbi etiam Rip. nu. 44. & larè Alex. in d. §. cum autem. Dec. cōsi. 425. col. 2. Rui. consi. 98. nn. 21. vol. 2. Brun. consi. 15. nu. 16. Cephal. consi. 117. nu. 20. Accedit, quod inquit Natta consi. 624. nu. 25, quod legitimatus per Imperatorem caret nomine spurii, & ei sine controuersia dici non potest, tu es spurius, licet dici possit, tu fuisti spurius antequam legitimareris quare cum D. Philippus fuerit natus ex D. Alberto iam legitimito, non potest dici natus ex spurio nec ex radice infecta, merito cessat obiectum de infecta radice stantè legitimatione.

35 † Secundò posito q. Philippus pater huius domine non esset qualificatus vt in testamento dicitur ratione prædictæ radice infectæ, sicque, hic esset casus omisus à testatore, non tamen inde priuari deberet dote concedenti saltē vsque ad alimenta. Nam clarum est de equitate canonica, filias etiam spurias alendas esse. c. cum haberet. de eo qui dux. in mat. quam pollu. per adulter. parique modo dotandas, vt per Bar. in auth. ex complexu. C. de incest. nupt. Mathefil. sing. 147. Bermond. in tit. de publi. concubi. in trac. spuriorum num. 50.

36 † Imò fortius, si pater in testamento prohiberet suis hæredibus, ne darent alimenta filio suo spurio, nihilominus tenerentur hæredes ad ea, prout voluit singulariter Bal. in l. id quod pauperibus. in vltima col. C. de epif. & cleric. sequi-

sequitur & valde commendat Marfil. sing. 353. ad fin. fortius ergo in casu omisso filia dotari debet sicut & alimentari.

Ad tertium responsio patet ex deductis pro hac parte in vers. superest, ad que me remitto.

37 † Circa verò quartum diligentius est perscrutandum, si quidem incidit in illud, an pluralitas resoluitur in suas singularitates. In qua quidem quaestione tenetur pars affirmatiua, quoties respicit diuersos & separatos effectus. l. falsa. §. fin. & ibi Bar. Castr. & alii. ff. de cond. & demonstrat. & tradit Ang. conf. 165. dictum legatum. vbi dicit quòd in d. §. fin. pluralis sermo relatus erat ad plures, & in persona cuiusque suum distinctum & consumatum foret eibatur effectum, meritò ille sermo pluralis in singularitates resoluitur, idemque tradit Bar. & alii in l. hæredes mei. §. cum ita. vbi latissimè Zach. ff. ad trebel. & ibi legendo sequutus sum.

38 Cephal. conf. 158. nu. 42. † Hinc Dec. conf. 50. col. 2. dicit, quòd datio tutoris à testatore facta filiis suis debet habere locum in uno tantum filio, quia facta fuit ad prouisionem filiorum & respicit diuersos effectus, vt singuli filii bene gubernentur, meritò resoluitur in suas singularitates, & sic vno tantum extante filio. At in proposito nostro codicillàs reliquit dotes filiabus ad earum prouisionem, hocque respicit diuersos effectus, vt singulæ dorentur, & à singulis hæredibus & successoribus filiorum & liberorum, meritò pluralitas resolui debet in suas singularitates, vt necdum si plures extet filie dotetur, sed & si vna, nedumque, si omnes filii, liberi, decesserint, sed etiã si quidam sic, quidã verò nõ, nã eorũ, qui decesserint filie dotari debent, † idque confirmat in casu nostro simili D. meus Riminald. conf. 42. nu. 23. volens quòd illa pluralitas, post mortem omnium, resoluitur in plures singularitates, per d. §. fin. meritò sic & in nostro vbi dictum fuit, si omnes filii & eorum liberi decesserint sine filiis masculis relictis filiabus eas dotari iussit, ut quibusdam ex eis ita decedentibus aliis verò non, eorũ qui sic vita functi sunt, ut Philippus fuit, filia dotetur, vt hæc D. Lucretia sua filia.

40 † Secundò comprobatur ista conclusio ex illa vera resolutione, & concordia, quæ datur in ea q. videlicet quòd ubi illa ratio quæ mouit disponetem in plurali militat etiam in singulari, tunc pluralitas resoluitur in singularitates, secus autem vbi esset diuersa ratio, ita Fely. in c. omnes, prima distinct. de quo meminit, & eum sequitur Cur. Iun. conf. 128. col. 3. in prin. & in l. pen. C. de impub. & in l. hæredes mei. §. cum ita. vbi pariter Zach. nu. 883. post Fab. ff. ad Trebel. & Soc. Iun. conf. 150. col. pen. vol. 2. At testator iubet filias dotari, si omnes filii & liberi morerentur sine filiis masculis, motus fuit ea ratione, ne illæ exclusæ ab hæreditate fame perirent, remanentes indotatæ, quòd inde probatur, nam iussit eas dota-

ri, si dotatæ non essent, si verò dotatæ reperirentur dote constituta voluit eas fore contentas; quia secundo casu habuissent, vnde se alerent,

41 at in primo secus, † ista ratio que sola potest allegari pro expressa reputatur iuxta nota. per glo. & omnes ubi Ias. in l. quamuis. C. de fideicom. & in auth. quas actiones. nu. 22. C. de sacrosanct. eccles. & in l. si constante. ubi quoque Rip. Crot. & Soc. Iun. ff. solut. matri. Hiero. Gabriel. conf. 14. nu. 12. copiosè Federic. Scottus quem Ferrarij studente uidi sub D. Alciato tunc ibidem legere respons. 16. nu. 20. Tomo primo lib. 3. & respons. 34. nu. 10. Senat. Pedemont. decisio. 21. nu. 3. Soc. Iun. conf. 1. nu. 43. uol. 1. & Menoch. conf. 85. nu. 9. Card. Alban. in suis lucubratiõ. ad Bar. in l. quod te. & in l. non omnis. ff. si cert. pet. Alba. conf. 71. nu. 4.

42 † militatque pariter hæc ratio in filia alicuius ex liberis morientis sine masculis, licet alii mortui fuerint cū masculis vt de Borfio præsupponitur, meritò pluralitas illa, & si omnes filii uel eorum liberi, debet resolui in suas singularitates, dicendo, uel si aliquis eorum decesserit sine filiis masculis relictis filiabus eas dotari iussit; quia ita vnus filia indotata fame perire poterit sicut vltimi morientis. Et licet ista pluralitas posita fuerit per modum conditionis, dicendo si omnes filii uel eorum liberi decesserint sine filiis masculis, sed relictis filiabus eas

43 dotari iussit, † tamen etiam in conditionibus adimplendis bene pluralitas resoluitur in suas singularitates, dato quòd etiam tractaretur de lucro quærendo. l. 2. §. fin. ff. de condit. insti. l. stichum, qui meus erit. & ibi Ias. & Alex. ac alii passim post Bar. ff. de leg. 1. Fernan. Vasquius lib. 3. controuer. illustr. cap. 92. col. fin.

44 † Tertio confirmatur adhuc dicta conclusio quia tunc pluralitas resoluitur in suas singularitates, quando si non resolueretur resisteret absurditas. c. accepta. de appellat. Bal. in c. 1. §. aut si libellario. quib. mod. feud. amit. Soc. cõf. 43. col. 2. uol. 1. † exemplũ adferri potest, quòd tradit Bar. in l. ait prætor. §. negocia. per illum tex. ff. de neg. gest. & in l. 2. ff. de procur. de statuto puniente producentes falsos testes certa pœna, quòd verificatur in producente vnum tantum, sequitur alios citans Ias. in l. singularia. col. 3. ff. si cert. pet. & in l. Gallus. §. quod si is. post Alex. ff. de lib. & posthu. Alex. conf. 84. vol. 4. conf. 136. vol. 5. Soc. in d. l. falsa. §. fin.

45 43. col. 2. uol. 1. † exemplũ adferri potest, quòd tradit Bar. in l. ait prætor. §. negocia. per illum tex. ff. de neg. gest. & in l. 2. ff. de procur. de statuto puniente producentes falsos testes certa pœna, quòd verificatur in producente vnum tantum, sequitur alios citans Ias. in l. singularia. col. 3. ff. si cert. pet. & in l. Gallus. §. quod si is. post Alex. ff. de lib. & posthu. Alex. conf. 84. vol. 4. conf. 136. vol. 5. Soc. in d. l. falsa. §. fin.

46 † Nam sequeretur absurdum, quòd virtute illius pluralitatis, si pduxerit testes falsos, quis vnum producens non puniretur, & delictum suum remaneret impunitum, contra. l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. sicq; declarat Cassanus in cõsuet. Burgund. rub. 1. nu. 26. at si filia deberent expectare mortem omnium masculorum, priusquam dotarentur, remaneret indotatæ, fameque perirent, cum tandiu viuere non possent, ergo pluralitas resolui debet in suas

47 singularitates. † Et ad hoc adduco Soc. Iun. conf.

cõf. 181. nu. 52. vol. 2. qui multũ deseruit ad propositum, nam testator substituerat filios & descendentes Alberti de Bardis, casu quo Angelus & omnes eius descendentes instituti decederent, dicebaturque quòd ex quo nulli descendentes ex Angelo nati fuerant, decedere non potuerunt, iuxta illud. Viuens moritur, vt per glo. & doct. in l. qui duos. §. 1. ff. de manu. testa. meritò non erat locus substitutioni per mortem solius Alberti conceptæ, ut supra in plurali. Tamen contrarium determinat pluri-

48 bus rationibus, † & obiecto responderet ex absurdo quòd est optimus modus argumentandi. l. nam absurdum. ff. de oper. liber. Ias. in l. diuortio in prin. notab. 5. ff. solu. matri. Abb. in c. iniustum de rer. permut. nam si natiuitas & mors descendenti Angeli requireretur, substitutio de filiis & descendentiibus Alberti procederet sic in infinitum, quòd nunquam locũ haberet: quia semper dici posset, aliqui non sunt nati, vt abnepotes, atnepotes, trinepotes, & alii descendentes Angeli, quòd esset absurdum. Vnde talis substitutio facta, si Angelus & omnes eius descendentes decesserint resoluitur in singularitates ratione absurdi vitandi, & intelligitur gradatim, & distinctiue casu quò Angelus decesserit sine filiis, vel si eos habuerit, illi sine filiis mortui fuerint.

49 † Quare sic & in casu nostro dici debet, si omnes filii, aut eorum liberi decesserint sine filiis masculis dotandas esse fœminas, non esse expectandam vltimi mortem sine filiis ratione absurdi, quòd nunquam dotationi fœminarũ locus esset, sed in singularitates uerba resolui debere, vt singulis morientibus sine filiis masculis fœminis relictis locus esset earum dotationi, tamen quidã ex eis cū filiis masculis decessisset, vt in casu nostro supponitur euenisse.

50 † Quarto & vltimò non omitto, quòd licet nullum sequatur absurdum, si pluralitas nõ resoluitur in singularitates, si tamen iustum & æquum eam fieri suadet illi locus esse debet, vt per Bal. in d. l. pen. col. fin. C. de impub. At extante fœmina cuiuscunq; morientis sine filiis masculis iustum est & æquum eam dotari de bonis fideicommissis subiectis, auth. res quæ. C. communia de leg. nec equitas patitur, quòd ad filios aliorum masculorum bona deuoluatur, & illa remaneat indotata, contra fauorem publicum. l. 1. ff. solut. matr. ergo pluralitas debet in singularitates resolui, sicque pluribus modis remanet dubium resolutum, quoniam quæ dicebantur, de conditione deficiente, sub qua dos relicta fuit, cessant ex hac resolutione pluralitatis in suas singularitates, cum verum sit Philippum sine filiis masculis decessisse relicta hac Do. Lucretia filia sua dotanda, licet Borfius secus, ex quo non requiritur omnes ita sine filiis masculis decessisse, priusquam fœminæ dotentur ratione absurdi, quòd sequeretur, vt

51 supra deduxi. † Nec uerum est, quòd hoc onus

dotandi filias particulariter iniunxerit Antonio & Nicolao substitutis, confusus quòd descendentes essent eas dotaturi, quoniam priusquam venerit ad substitutionem prædictorum, iussit eas dotari, si dotatæ non essent, euidentis signũ, quòd non ita confidebat de decedentibus, quin prouidere voluerit, quò aliquo eorum cessante dotare, alii dotare deberent, nec rationes de pluralitate, quæ resoluitur in singularitates per me facte tolluntur, si bene consideretur.

52 † Ad quintum dicitur, non fuisse necessariam excusationem, cum aduersarii causam haberint à debitoribus dictæ dotis, vt in statuto de hypotheca & pacto exequutiuo, debitoribus autem erant descendentes omnes d. Ioannis, & sic Philippus, Borfius & alii vigore codicillorum, vbi hoc onus eis reperitur iniunctũ. † Secundò posito quod fuisse necessaria, tamen cum non fuerit opposita hæc exceptio ante litem contestatam, vt patet ex scriptura oppositiua, vbi non adest hæc exceptio, nunc amplius opponi non potest, velut dilatoria, & iudicium procedit, & ferri potest sententia, licet ea non facta, vt per Alex. latè post Bal. & alios cõf. 31. col. 2. vol. 4. & abundè Negul. in trac. de pign.

54 in primo memb. 8. partis, nu. 34. † Et ad aliud quod non competit hypotheca, respondetur id esse falsum, cum agatur de relicto dotis, pro quo ex speciali priuilegio lex inducit tacitam hypothecam, vt est tex. in l. vnica. §. & ut plenius. C. de rei uxõ. ad. & firmat Negul. d. trac. de pignori. in 4. memb. 2. partis nu. 24. quæ hypotheca incipit à die relicti facti, sicut & promissionis secundum communem, de qua tenetur Negul. in d. loco nu. 80. & 81. † ubi concludit, quod retrotrahitur, ut in uoce dicebam per l. qui balneus. ff. qui pot. in pigno. hab. ideo res affectæ transierunt cum suo onere in Vincencios. d. l. 2. ff. de alim. & cib. leg. & ibi Bart. qui pro nobis inserunt non autem sunt contra.

56 † Ad vltimum verò de mala uita huius dominæ considerandũ est, quod testes super hoc de auditu & fama tantum deponunt, quorum neutrum sufficit in casu nostro, ad quòd assummo notabile dictũ Cuma. conf. 77. uis. lib. col. 2. dicentis, quòd quia testimonium de auditu fundatum est in priuilegio, siue iure speciali facilius prosternitur, si in aliquo deficiat, ad quòd facit tex. vulgaris in l. eius militis. §. militaria missus. ff. de testa. milit. † & licet Cuma, uideatur loqui tantum in testimonio de auditu, tamen idem est in testimonio de fama paratione; quia etiam nititur priuilegio siue iure speciali attento, quòd regulariter non probat, iuxta not. in l. at qui natura. §. cum me absente. ff. de neg. gest. cum siml. per Curt. Iun. qui sic arguit conf. 17. in prin. † Vnde subiungit, quod ad hoc ut testes de auditu concludant, oportet, quòd saltem nominent duos, à quibus dici audierint, ut uideatur, an dictũ suum habeat auctores nec ne, ut est tex. singularis in c. licet

et

cet ex quadā. & ibi not. And. Sicul. & Moder. de testi. idēq; tradit Aret. cōf. 73. col. pen. & in in c. tam literis. col. fi. de testi. Natta cōf. 170. col. 2. Marf. cōf. 20. nu. 11. & latē Io. Bapti. Ferret. cōf. 80. nu. 9. at testes non nominant à quibus audiuerint, ergo non probāt, vt cōcludunt

59 doctores in dictis locis. † minus etiā probant per famā, de qua deponūt, dicentes, q; publicē dicebatur D. Lucretiā esse amasiā, vel concubina Trotti, non enim sic fama probatur, cū potuerit sic ab vno dici, sed deponere debent, q; à maiori parte populi sic diceretur, vt per Bar. in l. de minore. §. plurimum. ff. de quæstioni. nu. 21. Dec. conf. 57. col. 2. plenius conf. 133. nu. 4.

60 in fi. † ubi communem testatur, sicut & Rol. à Valle conf. 54. num. 17. vol. 1. idemque tenet Crau. conf. 41. nu. 5. in fi. D. meus Rimin. & ibi

61 in apof. dixi. conf. 300. nu. 44. † ubi plus addit idem esse, si testes dixerint, q; ita communiter dicebatur, nec nominant à quibus ita diceretur, vt ibi per cum † horumque doctorum ratio esse potest, quia testes dicere debent audiuiſſe à maiori parte. Bar. in d. l. de minore. §. plurimū. ubi latē Marf. Dec. in c. 1. sub nu. 13. de appellatio. & conf. 329. nu. 18. Alex. conf. 155. col. 2. uol. 5. Paris. conf. 104. nu. 161. uol. 1. Ceph. conf. 225. num. 41. † Nec sufficit, q; primus dicat audiuiſſe D. Hippolytum Trottum dicentem, quod ex eo conceperat filiam nomine Isabellam, quia præter id quod solus est, & in eo singularis, ideoq; non probat. c. bona. de elect. c. licet causam. & ibi Doct. de probat. Marf. cōf. 1. nu. 25. cōf. 12. nu. 13. cū vulgari.

64 ri. † Confessio ipsius Trotti socii criminis non nocet d. Lucretiæ sociæ eiusdem criminis allegati dato (quod est fortius) q; ipse Trottus hoc testificatus esset, vt per Sal. in l. fi. in fi. C. de accusatio. Imol. in c. 1. de confess. cū similit. per Marf. cōf. 22. nu. 21. & latius singulari suo 209.

65 † Secundò posito, sine præiudicio veri, q; testes prædicti probarent huius mulieris malam vitam. Tamen animaduerti debet, q; vt filia possit exheredari peccasse debuit ante 25. annū. §. causas. in auth. vt cum de app. cognof. idēq; dici debet, vt alimentis, vel dote priuari possit

66 † cum regula sit cautū, quæ alimentis, seu dote priuari possit illis de causis, quibus potest exheredari. Bart. in l. si quis à liberis. vers. idem si iudex. ff. de liber. agnoscen. in l. fi. C. de alen. lib. in l. diuus. ff. de paric. in trac. de alimen. col. 2. vers. Quæro an ex causis. Abb. in c. cum haberet. col. fi. de eo qui dux. in mat. ubi & Anch. firmat. nu. 7. & in c. ex literis nu. 9. de conuer. infidel. Guil. May. in l. non est singularis. §. infinita. nu. 5. ff. de reg. iur. post Ang. Aret. in l. de iure natural. in prin. Alex. in l. 1. nu. 32. ff. solu. matri. † at non probāt testes, cuius ætatis esset hæc domina, quādo peccare cepit in corpus suū potuit. n. maior esse 25. annū. nō autē iunior meritò probatio dictōrum testium nō concludit quia quādo tempus est fundamētū intentionis

alicuius præcisè probari debet, gl. Bart. & alit in l. eum actum. ff. de neg. gest. & in l. non solū. §. sed ut probari. ff. de nou. ope. nunc. Dec. cōf. 210. col. pen. Crau. conf. 6. nu. 106. Rui. conf. 92. nu. 8. vol. 3. Andr. Sicul. & Moder. in rubri. C. qui admit. & ibi dixi. quibus addo nūc Ang. conf. 1. Alex. conf. 198. uol. 7. Senat. Pedemont. decif. 79. num. 53. Vnde deficit & ex isto capite talis probatio.

68 † Tertio considerandū est, q; cum pater suus ad inopiam redactus esset, cum recepit hæc filia in domo sua, eiq; præstitit alimenta, vt testes aliqui dicunt ex aduersariis, quare propter talē gratitudinē remissa videtur ingratitude, si quā incurreret hæc filia. Bald. in l. libera. C. de inof. test. Iaf. in l. ex hoc iure, nu. 69. ff. de iust. & iure. Quare sicut nō posset pater excipere de dicto crimine, si filia sibi dotē peteret, pari modo nec aduersarii causam ab illo habentes, velut in eius locum surrogati. l. si cum: §. qui iniuriarum. ff. si quis caut.

69 † Quarto & vltimò, cū hæc filia pœnitentiā egerit reuertēdo ad m̄imoniū missa mala vita, q; allegatur utiq; dotē petere potest, sicut nec ex hæ redari posset, vt per Specul. in tit. qui fil. sint leg. §. pen. vers. Quid si filia peccauit, & vers. qd si pœnitentiā egerit. Bal. in l. si filia. C. de inof. testa. Butr. & alii in c. Quintaualis. de iureiu. Alex. in l. 1. ff. sol. matr. num. 33. Iaf. in l. in arenam. C. de inof. testa. & in auth. non licet. C.

70 de liber. præter. col. 1. † ubi pariter Picu. respondens his, quæ in cōtrariū dixit Fely. in c. Rodolphus. col. 4. de rescript. cōtra quē Fely. tenet etiā Cartellianus Cotta lib. suorū memorialiū, in vers. filiusfamilias. Rip. in l. fi. quæst. 67. C. de reuoc. donatio. & Bermōd. in titu. de

71 publi. concubi. in rub. de supro. nu. 73. † quicquid solus tentauerit Rui. contra communem conf. 131. vol. 4. & in hac sententia quoque residet Fernand. Vasqui. lib. 1. de success. creatio. §. 10. nu. 612. dum considerat causas, quæ respiciunt principaliter personam filii, vel patris, primo casu, vt quod filius sit arenarius, uel filia turpiter uixerit, & in suum corpus peccauerit, & tunc peracta pœnitentia turpitudine purgatur, ita quod non nocet, & ita procedit opinio Alex. & caterorum supra relatorum,

72 † secūdo uerò casu, vt q; patrē percussisset, & in his licet filius pœnitentiā egerit, nihilominus potest exheredari, & sibi alimēta denegari & procedit opinio cōtraria. Nos. n. versamur i primo casu † vnde gratiæ sunt agenda. D. Aduocato cōtrario, qui Vasquiū pro nobis adduxit, addo quoq; pariter huius sententiæ Roland. à Valle in trac. de lucro dotis quæst. 70. nu. 6. & 7.

Et ita pluribus modis hoc 5. fundamentum resolutur, & remanet fundata cōclusio pro hac domina Lucretia ad eius victoriam.

Hippolytus Rimin. Ferrar.

Pro

Pro filia quadam olim D. Herculis Sauanæ.

ARGUMENTVM.

Egregiè tractat, an filius grauatus omittens facere inuentarium perdat Trebellianicā. Et quanta sit legitima filii quatuor sorores habentis per statutum exclusas stantibus masculis. Item quis nam dicatur filius naturalis iure ciuili, vel secundum communem usum loquendi, aut ius canonicum. Et an Doctoribus sit standum de usu communi loquendi asserentibus.

S V M M A R I V M.

- 1 Trebellianica nunquid propter omissionem inuentarij perdatur, quæstio est ardua. Indignis declaratione Principis, doctoresq; in eadem alijs sed sibi ipsis extiterunt contrarij. 2.
- 3 Nec quæ sit magis communis facile discerni potest. Cacheranus in ea connumerauit 48. doctores pro parte negatiua & 60. pro affirmatiua. 4. Et alios addit auctor. 5. cum sequit. pro affirmatiua. Quæ uerior & communior appellatur. 6. Et æquissima quando heres attingit res hereditarias. 7. Et secundum eam Bari. & Oldrad. consulerunt. 8. Estq; pars crebrior & fundatior. 9. Et in iure practicitur. 10. Et secundum eam Ferrarie fuit iudicatum. 11. Forsan in extraneo non in filio. 31. Magisq; nostris temporibus seruatur. 13. Ampliaturq; vt procedat etiam inuentario dolose facto. 12. Et insuper in filijs secundum aliquos. 14. 16. Maiorq; ratione ut per Cornueum. 15. Sed quid Trebellianica non perdatur propter omissionem inuentarium longe plures tenuerunt. 17. 19. Et pro ea consuluit Ang. Aret. 18. Sicq; de consuetudine magis communiter obseruatur. 20. 21. Et in practica in curia Parlamenti. 22. Et est opinio magis pia & securior. 26. Nec iurum est ab ea recedere in consulendo & iudicando. Et frequentiori calamo recepta est. Sicq; solum fuit Senis in Rota iudicari sepius. 27. Maleq; Cacheranus ennumerauit doctores pro hac negatiua cum longe plures enumeret Phan. de Phancijs. 28. Et in filijs signanter procedit. 29. Quæ sententia est æquior, benignior & magis communis. & per totum mundum seruatur in liberis primi gradus. 30. Quia in eis est continuatio dominij. 32. 37. Et saltem de æquitatē Canonica quæ fauet liberis procedit. 33. Et sanis rationibus comprobatur. 35.
- 18 Doctori consulenti quàm contrarium aduocanti magis credendum.

- 19 Barolus & Ioannes Andree in iure primum locum obtinent.
- 20 Doctori attestanti de consuetudine non credendum. 90. 99. Fallit quo ad presumptionem inducendam non probato contrario ex aduerso. 88. Et est magis communis opinio. 89. Et ubi plures restantur. 91. Et in consuetudine generali. 94. Et cuius certitudo facilis est. 95. Et in consuetudine opinionum preualet illa quæ habet similem attestationem. 24.
- 25 In pari causa vincit qui pro se testem habet de auditu vel quamlibet aliam leuem presumptionem.
- 34 Ferrarie ius canonicum seruari. 92.
- 39 Filius agit de damno vitando in consequenda Trebellianica.
- 38 Trebellianica filijs prohiberi non potest. 39. Et est æqua & magis communis opinio.
- 40 Fideicommissarius uniuersalis compellere potest heredem ad faciendum inuentarium.
- 41 Culpa hæredis & fideicommissarij compensatur.
- 42 Bartoli & Ioannis Andree laudes relacte.
- 43 Heres non consciens inuentarium perdit falci d. a propter presumptionem subtractionis. Quæ presumptio non debet extendi ad Trebellianicam.
- 44 Lex procedens per presumptiones non extenditur.
- 45 Heres tenetur habere ratum factum defuncti.
- 46 Legitima filij quatuor sorores habentis quæ per statutum excluduntur quantitas sit. Varia sunt in hac quæst. scripta doctorum. 47. Quidam tenent esse semissem hereditatis patris. 48. Legitimamq; considerandam esse ut si essent quinque filij. 51. Et filias connumerari ad augendum legitimam de triente ad semissem. 52. 53.
- 54 At alij tenent filias non esse connumerandas sed deductis dotibus earum uel ere alieno de toto patrimonio filium trientem habiturum. 60. Exemplumq; subijcit auctor. 55.
- 56 Filia prohibita per statutum agere ad supplementum legitime illud petere non potest.
- 57 Statutum minuire potest & ex causa tollere legitimam & est communis opinio.
- 58 Filia non connumeratur in taxanda legitima, quando per statutum prohibetur agere ad supplementum. Et est communis opinio. 59. 61. 62. Et usu recepta. 62. Et pluribus auctoritatibus munita. 63.
- 64 Statutum exclusiuum feminarum dicitur emanasse ad fauorem masculorum.
- 65 Dos competens dicitur quæ secundum legitimam mensuratur.
- 66 Onus in consequentiam fauoris veniens non consideratur & toleratur.
- 67 Statutum excludens filias ab intestato mandans eas dotari. differt ab excludente pariter eas à legitima vel eius supplemento. 68. Quæ fuit sententia Cornei ante Rui. ut auctor perpendit. 69.

Filius